
DE STIRPIVM COLLECTIONE TA-BVLAE TVM GENERALES, TVM PER DVODECIM MEN-ses,

cum Germanicis nominibus, & alijs hactenus à nemine traditis, olim per Conradum Gesnerum conscriptæ ac æditæ: nunc authoris opera locupletatæ, & de nouo in vsum Pharmacopolarum luci datæ,



PER CASPARVM VVOLPHIVM
Tigurinum Medicum.

ACCESSERVNT DE STIR-*pibus & earum partibus tabulæ ex Theophrasti præcipuè libris confectæ, eodem Gesnero authore.*



TIGVRI
IN OFFICINA FROSCHO.
ANNO M. D. LXXXVII.

CASPARVS VVOLPHIVS TIGVRINVS MEDICVS, D. LVCAE STOECKLIO PHARmacopolæ Constantiensi fideli & industrio, amico suo S. D.



VANTVM *in medicamentorum, quæ in vsum medicum aduocantur, tum in vniuersum omnium, tum verò potissimùm stirpium ipsarum, exacta cognitione situm sit, id ipsum, vir industrie, abundè testatur, non solùm ea voluptas, quæ foris oculos, & animum intus mirificè afficit atque oblectat, & præterea honestas, quæ ex cognitione manat, & sola hominis est ornamentũ: verum insuper & quidem cumprimis hæc ad benè fœliciterq́; viuendum vtilitas, qua nihil magis secundum naturam est. Quum enim Deus Opt. Max. pro sua diuina prouidentia facilè nouisset, quis esset futurus hominis status aut conditio, quæue in morbos præceps & perpetua ruina: varijs hisce morborum incommodis, varia quoque, eademq́; admirandis viribus prædita antidota statim opposuit, ne qui modò in lucem esset æditus homo, aut per omnem reliquam vi-*

tam miserè degeret, aut penitus ab exortu statim succumberet atq; periret. Quin insuper eidem étiam, & ea ipsa cognoscendi, rectéq; ijsdē vtendi notitiam studiumq; ingenuit: quòd propensissimæ erga nos suæ voluntatis argumentum est. Hinc nimirum, quia maximam esse huius cognitionis præstantiam paulatim homines persentiscerent, eorundemq; vsu, naturæ humanæ imbecillitati subsidia magna cōparari, quotidianum comprobaret experimentum: factum est, vt omnis generis & conditionis, summæ, infimæ, homines: ὡς φίλ☉ αὐτῷ πᾶς ἄνθρωπ☉ φύσεί τε ἔςι. quotidie ad obseruandum, & amplius experiendum studio & animi quasi quodam impetu ferrentur: id quod multorum nostri & superioris seculi scripta selecta luculenter testantur. Nam quia hæc materia varia & multiplex, proindeq; non vno tantùm modò afficiat, delectet, & ad sui cultum inuitet: pro cuiusq; ingenio & voluntate, modò hāc eius partem, modò illam familiarius tractare, studioséq; excolere singuli instituerunt: Sunt etiamnum, & ante hæc fuerunt tempora multi, qui externa tantùm stirpium facie oblectati, sexuum inuenerunt discrimina, partium singularum lineamenta curiosius obseruarunt, & singulis ingeniosas insuper descriptiones affinxerunt: quæ

profecto

profectò cōtemplatio, vti per se est iucunda grataq́, ita quoq; in medico vsu, sua non destituitur vtilitate. Plurimos contrà videas admirari, reconditam illam interius, penitusq́ abditam formam, solam miraculorum omnium, quæ hodie in medicina passim & multa & magna fiunt, effectricem causam: facultates dico, cùm specificas & occultas, tùm manifestas, hoc est, primas; & eas quæ has proximè sequūtur. Atq; hi quidem, dum quod quærendo experiendoq́ sunt consequuti, omne ad communē vitæ vsum contulerunt, laude egregia apud quoscunq; sunt conspicui, inter doctos verò amplissimis dignitatum titulis clari. Cæterum ad comparandam absolutam huius contemplationis studijq́ notitiam (dummodo quod profuturum nouimus, ad vsum vitæ conferendum quoque arbitremur) præterea etiam requiritur diligens & accurata Præparatio: &, qui hanc rectè præcedit, in colligendo asseruandoq́ cum ratione Delectus: in quibus duabus partibus, commentando exornandoq́, haud perinde multos speciatim laborasse nouimus. Quantum verò referat, quamq́ sit necessaria tum Medici tum Pharmacopolæ diligens & exquisita circa stirpiū, earundemq́ partium ad vsum collectionē conseruationemq́ industria, (de præparandi namq́ ratione hoc loco non agimus) sæpe hactenus ipse nos rerum

euentus satis superq́; docuit. Qui enim hac in parte committuntur errores, quæ temporis lociq́; curiosam rationem & tempestiuam exposcunt obseruationem, plerunq́; non ægri solùm valetudinem in discrimen vocant, sed ipsius quoq; medici, quantumuis præstantis famæ existimationiq́; periculum creant: nec nisi pœnitendo, quicunq; sic error commissus fuerit, corrigi potest. In grauem errorē inducunt, nostramq́; expectationē prorsus decipiunt compositorum vires, si, quibus ea constant, facultates ignauæ & inertes, aut prorsus obsoletæ fuerint. Proinde non sine ratione Galenus in Theriacæ compositione, simplicia omnia & quidem singula seorsim eam componentia, diligenter exploranda præcipit: ne tota antidotus inutilis reddatur: ἡ γὰρ ἑνός τινὸς κακία, inquit ille, πολλάκις διαφθείρει τὰ πάντα. In idē studiū nobis quoq;, quotidie medicamenta præscribentibus, incumbendum est, vt ea, si modo profutura speremus, theriacæ nomen & antidoti, contrà præsentis morbi vim, habeant, ea tantùm assumendo, quæ fuerint viribus integra, & in suo genere præstantia. Quid enim quæso attinet, simplicium facultates nouisse, si nullæ insint? putare autem inesse, quum non insint, quod colligentis siue inscitia siue negligentia, non naturæ vitio accidit, viri

dit, viri prudentis non est. Magna igitur medicinæ nostræ pars in medicamentorum delectu posita est, maior medici gloria, & maxima ægrorum spes. Solatium ingens est ægrotis, si medicamentorum auxilia præsentia esse viderint: in maiorem verò spem eriguntur, quum de inuentis præscriptisq; remedijs, & eorum integritate nihil penitus sibi dubitandū nouerint. Hæc aliaq; cum satis nota essent Gesnero nostro, putauit suo labore & studio huic necessitati obuiam eundum. Quare ante multos annos, de herbarum, florum, fructuum, &c. colligendi tempore, & conseruandi reponendiq; modo & loco, tabulas generales & particulares edidit, breues quidem illas, pro occasionis nimirum præsentis ratione, alterius verò operis, & plenioris considerationis, quasi quoddam rudimentum. Atque hoc suum propositum persequutus procul dubio fuisset, si Dei voluntate ætas ei fuisset prorogata. In eum namq; finem, paulatim plura obseruare & consignare cœpit, quæ ad locupletandū exornandumq; priorem laborem spectabant. Verum haud incommodè, quum per fati necessitatem suum perficere institutum ipse prohiberetur, voluntatem eius promouit hoc tempore, quo res necessariæ omnes in angustum sunt contractæ, Typographus noster, qui, vt interea dum ad Germanorum πανηγύρεις *ipse descendit, in suorū*

operariorum gratiam, vt illorum nimirum domesticam necessitatẽ subleuaret, hunc qualemcunque à me flagitando, impetrauit. Quæcunq; igitur ipse vel studio obseruauit, vel quotidie in hortulo proprio producta vidit, eadem nos, pro vt ipse instituerat, duplici ordine, secundũ florum fructuumq; tempora disposuimus. Alphabeticè primum: ita enim initia & fines florendi, fructificandiq; commodè indicari, & quæ de vna stirpe hactenus diuersis in locis scripta legebantur, coniuncta & simul apparere, putauit. Deinde verò iuxta primum institutum, sed breuius, etiam secundum Menses, adiectis plerisq; Germanicis appellationibus. Ad generalẽ verò tabulam accessit, ex clarissimi Matthioli in Dioscoridem commentarijs, de eodem argumento, quod placere poterit. In frontem insuper totius libri retulimus generales aliquot de stirpibus, ex Theophrasti magna ex parte libris, depromptas tabulas, nec inelegantes nec inutiles: quas, si per paginæ spacium licuisset rectius diducere, & membra membris opponere, multò elegantiores & ad vsum aptiores apparerent. Cæterum hunc Gesneri libellum, & meum in eundum collatum laborem, tibi vir spectatissime, offero & multis de causis dedico. Ac primo quidem, quod cognitum habeam, te authoris, quandiu in viuis esset & obseruatorem semper

& ami-

& amicum extitisse. Deinde, vt quoniam hic liber præcepta & instituta præscribit, quibus futuri Pharmacopolæ instruendi informandiq; sunt: tuq; ipse eius artis vsu excellis, præceptisq; egregiè præ cæteris abundas: per te tyrones non officij solùm sedulò admoneantur, sed tyrocinij sui etiam rudimenta deponant, rectiusq; ad praxim accedant. Ad has accedit præterea etiam ea, quam ipse iam pridem tum domi tuæ lautè accipiendo, tum hîc familiariter conuersando, multis tuis humanitatis & beneuolentiæ officijs mihi præbuisti. Ne itaq; ingratus omnino videar, meam vicißim tibi hoc ipso probatam volui voluntatem. Rogo igitur te, vt hanc qualemcunque animi grati significationem, hilari vultu excipias, & boni consulas. Vale.

Tiguri calendis Maij, anni
1587.

CONRADVS GESNERVS MEdicus Tigurinus Nicolao Speichero pharmacopolæ Argentinensi peritissimo S. D. P.

DAuid Kyberus Argentinensis, felicis memoriæ vir optimus & doctissimus, diligentissimo suo Rei herbariæ Lexico Tabulas temporum, quibus singulæ stirpes florerent aut fructum ederent, ceu corollarium adiungere statuerat: Id verò eius propositum mors immatura intercepit. Huic *igitur ego suauissimi amici memoria inuitatus, vt aliquo modo satisfacerem, quantum per occupationes meas licebat, eiusdem argumenti Tabulas conscripsi. Tibi verò in primis, optimè Nicolae, nuncupare eas volui, non tantum quod professioni tuæ, in qua excellis, conueniant, tuq; easdem aliquando augere ac perficere possis: sed magis quia Kyberus vtriq; nostrum amicissimus fuit, vt eius amissi hoc veluti solatium quoddam haberes, & me quoq; propter communis amici memoriam amares. Vale Tiguri anno Salutis 1553. pridie Nonas Aprilis.*

DE

DE VSV HARVM TA-
bularum.

TABVLAE istæ non pharmacopolis tantùm, tyronibus præsertim & minus exercitatis, vtiles sunt futuræ, sed omnibus stirpium notitiæ studiosis. Qui cum singulis ferè mensibus vernis, æstiuis & autumnalibus, partim cognitionis, partim animum remittendi & corpus exercendi gratia, rusticatum exire soleant, occasionem ex hisce tabulis capient, quænam eis plantæ potissimum quærendæ aut sperandæ sint. Libuit autem non medicis tantùm vsitatas stirpes, & quarum necessaria pharmacopolis est cognitio, hic enumerare, sed quasuis simpliciter quæ nunc in mentem mihi venire potuerunt: & de quibus mihi quo tempore florerent aut fructificarent cõstabat, reliquas sibi quisque suo loco addet, vel nos aliquando si vita diuinitus prorogetur: neque enim vnius aut alterius anni hoc opus est. Atque ita non medicinalis tantum hæc per anni tempora digestio stirpium fuerit, sed etiam physica & philosophica. Sic Theophrastus & Plinius non remedijs modo quæsitas, sed omne genus stirpium, cum aliter tum secundum tempora quibus quæque florem & fructum ædunt differentijs, descripserunt. Sed quoniam cœli & regionum discrimen facit, vt plurimæ descri-

ptæ à veteribus ſtirpes apud nos non proueniant, & illarum quæ proueniunt tempora nō reſpondeant, operæpretium viſum eſt vt naſcentium apud nos ſiue ſponte, ſiue ſatione tempora diſtincta notarentur. Scio etiam in vna eademq; regione diuerſitatem reperiri. Differunt enim in ſingulis loci, humiles, æditi, aquilonares, auſtrini, opaci, aperti, vmbroſi, aprici, vento expoſiti, tecti vel non expoſiti, aquoſi, aridi. Memini ego me in altiſsimis montibus Auguſto menſe & autumni initio, eadem ferè omnia quæ in planis Aprili & Maio naſcuntur, reperiſſe, violas florentes & varios flores vernos, fraga matureſcentia & matura, &c. Quin & pro annorum diuerſitate hyems aliâs magis, aliâs minus extenditur, & annus alter altero magis minúſue pluuius eſt. Itaq; fit vt nihil his de rebus omnino conſtans & perpetuum tradi poſſit. Rurſus verò non adeò incerta hæc ratio eſt, vt nullum in ea deſcribenda operæpretium habeatur. Quamobrem volui pro vnius regionis, hoc eſt Germaniæ noſtræ, vſu, has tabulas conſcribere, partim ex obſeruationibus meis cum aliȷs tum ambulationum & ruſticationum mearum, partim ex Collectaneis amici cuiuſdam philiatri, qui quo ſtirpes quæque florem fructumq; æderent tempore ex Hier. Tragi & Leon. Fuchſiȷ illuſtribus per Germaniam noſtram ſcriptoribus, per ſingulos menſes annotarat. Quòd ſi

non

non per omnia satisfecerit hæc diligentia nostra pharmacopolis cæterisq; rei medicæ studiosis, cogitent hanc lucubrationem hac de re & primam & extemporaneam esse, & sibi quisque vbi voluerit vel emendet vel augeat. Nullo enim periculo tum omittere multa, tum labi in quibusdam, hisce tradendis potuimus, vt facilius nobis non dico venia danda (neque enim grauibus istis & vt sibi videntur doctissimis scribimus, à quibus exoranda sit venia,) sed potius gratiæ agendæ sint à candidatis medicinæ & benignis ac æquis lectoribus. Cæterum vt pluribus prodessem, non singularum duntaxat stirpium tempora, sed insuper communes quasdam obseruationes statim ab initio proponere visum est, vt appareat minimè nobis placere pharmacopolas collecturos certis anni temporibus astri ?tos esse. Et quanquam illi quibus generalis hæc colligendi doctrina intellecta fuerit, singularium enumeratione non admodum indigeant, arbitratus sum tamen eam quoque nec iniucundam nec prorsus inutilem futuram.

ACHILLES P. GASSARVS L. *medicus, Conrado Gesnero medico.*

CVm aliud nunc opere precij ad te scribendi non habeam, Conrade doctissime idemq; amicissime, volui saltem veteris nostri amiculi carmina ista ad te mittere, vt simplicibus tuis vel extremo folio adderes. Bene vale cum tuis omnibus.

CARMEN IO. MOIBANI MEDICI doctoris Augsburgensis, continens catalogum medicamentorum purgantium simplicium, quorum nunc vsus in Myropolijs est.

SVnt suspecta satis Tithymallus & Esula quænis
Et quod habet nomen flebile Dacridij,
Est Turbith turbans, sic Hermodactilus is qui
Colchicon est, seruis perniciosa salus,
Euphorbiq; liquor, sed & Anticyræ medicamen,
Quodq; solet viduas reddere Mezereon,
Sic nec amara placet Colocynthis, & ipse lapillus
Pulchro stellarum cœrulus igne micans,
Namq; hæc callo us vel carice textus acuta
Venter, quo ferrum rustica turba coquit.
Aut stomachus similis rugosis arte cothurnis
Militis indomiti dira Aconita coquens,

Vix impune feret, vel si feret, ardua res sit,
His quæ tormentis subdere colla iubet.
¶ *Contra ciuili qui gaudent lege medendi,*
Et quibus haud vlla est pœna luenda grauis,
His plenus baccis frondescat Prunus in horto,
Et placeat quiuis Irida murus habens,
Et suaues spirent Violas in cespite prata,
Ornent & pulchras pulchra Roseta domos,
Nec desint Mannæ Calabrorum roscida mella,
Et fuluum quod dat Barbara terra Raued,
Indorumq; Thamar, Balanusq;, Aloëq;, Cetrahq;,
Lymphatas vndas & Galathea ferens,
Soldanella, Filix, Ebulus, Sena, Caßia, Nitrum,
Et veteris Galli mollia iura placent,
Absinthi, Capniq; liquor, vel Agaricus illis
Sit curæ, tuto quis redimenda salus.

ERRATA CORRIGENDA.

ἀναλάβλαστα, pag. 24. b. Differentiæ sunt, p. 22. a. in præfationem, p. 42. b. in pratis, p. 71. b Saurkle / pag. 123. b.

CONRADI GESNERI DE PARTIBVS ET DIFFERENTIIS PLANTARVM PHYSICA SYnopsis, *secundum Theophrastum, Plinium & Dioscoridem: in tabulas methodicè digesta, introductionis vice ad quasuis stirpium historias legendas.*

PHILOSOPHI nostri omnē ferè de plantis consideratio- nem nō solùm quæ historiam, sed etiam quæ causas attinet, partim ad rem medicam, partim rusticam reiecisse videntur, vt in plerisque etiam alijs Philosophiæ amplissimam professionem circumciderūt, vt ipsis, quantumuis in paucis vtcunq; eruditi, philosophos se profiteri minori negotio possent, hoc est videri magis quàm esse,

PLANTA, stirps, φυτὸν, corpus est naturale compositum, animatum, telluri ceu parenti, vt alimentum continuè attrahat, affixum, speciem suam de se propagans, loco immobile, insensibile.

Stirpium aliæ ſunt
Herbæ,
Frutices,
Minores,
Arboreſcentes.
Suffrutices, herbæ lignoſæ, quarum caules non pereunt quotannis.
Arbores
Iuſtæ
Fruticoſæ.
Quædam fortè ad certum genus vix referas, vt ſunt Viſcum, Fungi, Coralium, Lens paluſtris.

DIFFERENTIAE STIRPIVM *vnde ſumantur.*

Loci, à quibus ſtirpium & partium ſingularum differentiæ ſumuntur, in hiſtorijs Dioſcorid. Plinij, Theophra. &c. ſunt vel
1 Subſtantia,
Secundum genera & ſpecies plantarum, vt
Arbor.
Herba.
Frutex.
Olus.
Legumen, &c.

Secundum corporis cōſtitutionem
& partium cōcrementum, σύστασιν,
compactionem,
Durum.
Molle.
Denſum.
Rarum, vel partium
Tenuium
Craſſarum.
Alias tactiles qualitates ſecundas.
Quod ſingulæ vel habent vel non habent partes aliquas.
2 Quantitas.
Numerus.
Magnitudo.
3 Qualitas.
Actu & ſenſibilis
Communis,
Figura
Similitudo
Vnius,
Duorum aut plurium.
Propria
Tactui,
Graue, leue, Aſperum, lene,
Durú, molle. Lubricú, aridú.
Craſſum, tenue. Rarú, denſú.

Visui
Fulgor.
Color.
Odori
Graueolés,virosum, fœtidū.
Inodorum,
Acre,acutum.
Odoratum,
Suauiter, fragrans.
Caput tentans, grauans.
Gustui
Insipidus, ἄποιος.
Dulcis.
Amarus.
Acris,acidus,&c.

Potentia & occulta qualitas. Ab insito autem calore nostro ex potentia in actum producitur.

Prima,
Calidum — gradu — 1. Obscurè.
Frigidū — 2. Sensibiliter.
Humidū — 3. Vt lędat sensū.
Siccum — 4. Vt destruat sē.
In quarto gradu delibutoria, δηλητήρια, venena sunt.

Secundæ qualitates à medicis dictæ, omnes sensibiles sunt, odorū præcipuè & saporum differentiæ.

Tertiæ,

Tertiæ, quæ priuatim ad aliquam corporis partem aut morbum facit, propter qualitates, vel propter totam substantiam, & vim ali quam occultam, vnde dicuntur alia

Cephalica
Ophthalmica
Cathartica
Diuretica,&c.

4 Situs, locus natalis totius plantæ. Et partium situs singularum.

5 Tempus
Ortus
Occasus
Maturitas.

6 Actio, sed hanc inter qualitates retulimus, quæ si per verbum aut verbale actiuum efferatur, huc pertinet.

7 Vsus, ad aliquid, vt ad
Medicinam
Cibum
Potum
Condimenta & voluptatem
Alia diuersa, vt olea,&c.
Hominum
Brutorum.

DE STIRPIVM DIFFERENTIA *quatenus vel hyemis ferunt inclementiam, vel non ferunt.*

Ex stirpibus sunt quædam, quæ hieme aut
Pereunt, idq; vel
Penitus & totæ, quarum multæ sunt.
Ex parte, idq; aut
Caule tantùm, seruatis folijs circa radicem : cuius generis ferulaceæ pleræq;, puto sunt.
Folijs tantùm, seruato caule, vt pleræq; arborum, fruticum, & suffruticum: Solanum perpetuum.
Floribus tantùm: vt Leucoia.
Superficie tota, vt Inula.
Manent, idq; secundum
Totum, præterquam flore: sed consiligo, elleborus, & paucæ aliæ etiam florent hyeme.
Partibus, vt supra dictum est.

PARTES STIRPIVM ANNUÆ & caducæ.

Præcipua, & propter quam cæteræ sunt, Semen seu fructus, σπέρμα, καρπός. Licet fructus nomine ferè semen vnà cum ambiente

biente pericarpio comprehendatur, vt in
Pomis, ὀπώρα
Sine osſibus
Cùm osſibus, inter quæ nuclei latent, πυρῆνες.
Nucibus, ἀκρόδρυα
Acinis, ῥάξ.
Baccis, Baccæ diſperſius rariuſq; naſcuntur, in hoc ab acinis, qui denſius proueniunt differentes. Conſtant autem acini & baccæ
Carne
Succo
Nucleo.
Vinateis, γίγαρτα, in acinis vitium.
Sanſis, oſsiculum oliuæ.
Acinorum congeries in vite vua, in reliquis etiam corymbus vel razemus, botrys nominatur. Licet razemus propriè ſit, qui & Scapus quo acini fulciuntur.

DE DIFFERENTIA STIRpium circa ſemen & fructus.

Semine quædam carent, vt
Adiantum. *

* Polypodium
  Trithomanes
  Aſplenon
  Phyllites
  Filix vtraq;.

Fructum non proferunt arbores infelices, ob hoc dictæ, Salix Homero ὠλεσίκαρπος: Similiter tamarix apud nos.

Semina quædam
  Præueniunt
    Flores
    Florum inſtar paniculæ.
  Fouent & tuentur
    Folium, φύλλον
    Pes
    Pericarpia.

Fructus
  Præcoces
  Serotini
  Nunquam maturenſcentes, vt
    Labruſcæ, ὄμφακες
    Groſsi, ἐρινεοὶ, in caprifico.

DE DIFFERENTIA STIRpium circa flores.

Flores, ἄνθη, nam alijs ſunt
  Duplices, διανθῆ, quod violæ Martię tribuitur: & floribus illis, qui ſtamina

quædam

quædam ſeu crocos,quos & apices vocant,in medio habent,veluti filamenta ab intimo floris ſinu: cuiuſmodi Plinius in belli flore paſtillicantes barbulas dicere videtur.

Multiplici folio, δασυπόδια, gfüllt Blůmen: quod arte fit.

Roſæ
Violæ
Caryophylli
Pes corui
Bellis
Malua.
Aquilegia
Bacilli, Mooßblůmen.

In pappos(πάππυς.) id eſt, lanuginem quandam deciduam abeunt.

Lactariæ multæ, vt Lactucæ
Syluestres
Hieracion vtrumq;
Sonchi
Chondrillæ
Gerontopogon.
Domeſticæ.
Cardui omnes, Atractylis, Scolymus, Chamæleones,&c.
Et aliæ quædam,vt
Senecio *

Gramen quoddam paluſtre.
Alopecuros quibuſdam.
Vnius folij in calathi formam,vt in
Conuoluulo
Maiore : rudimenta naturæ lilia facere condiſcentis,Plinius.
Minore , qui Helxine ciſſampelus videtur.
Iaſone.
Solano Romano.
Rapum ſylueſtre.Vuulariæ.
Calathiformes
Plurium foliorum
Diuiſorum vndiquaq;, vt lilium.
Continuorũ infra,vt rapũ ſylueſtre.
Vnius folij,vt conuoluulus.
Quatuor foliorum, violæ matronales.
Pluriũ foliorũ , vt roſa à quinq; ad centũ.
Folijs florum crenatis.
Exemptiles,
Borago, Alſine ſyluatica.
Bugloſſus,
Cynogloſſus
Radiati ſinguli,per ſingulos coliculos,
Bellis
Maior,
Minor.
Gerontopogon.
Hieracium.

Calycibus plurimi includuntur antequã dehiſcant, quo tempore in roſis alabaſtros (à vaſorum forma) & nymphas, νύμφας vocant, quòd recens apparere incipiant.

Pendentes à

Siliquis, vt in

Herba S. Antonij,

Maiore,

Minore.

Rhododaphne puto: ſpecies filiorum ante patrem.

Petiol s.

Flores, ἄνθη ſunt vel

Florentes

Particulatim

Cũ in vna ceu panicula infimi prius & alij paulatim poſt florent.

Bellis item particulatim floret.

Vniuerſim.

Muſcoſi, nudi calycibus, multi, parui, conferti, molles. Sunt qui ſpongioſam hanc florum congeriem, muſcum appellent: vt Liguſtrum, Barba capræ, Rubea, Galion, Cruciata.

Inordinati.

Ordinati & digeſti per

Corymbos, vt Androſæmon

* Paniculam (aliqui iubam vel comam vocant.) quæ ſublonga vel ſubrotunda effigie tumet, veluti lanoſa coma, in
Milio
Panico
Arundine
Iuncis
Et graminis generibus aliquot.
Muſcaria vel vmbellas: quæ ſunt in orbem radiatæ herbarum comæ: cacuminaque in faſces coacta, à flabri ſimilitudine, cuius ventilatu muſcæ à conuiuis abiguntur. Aliàs Vmbella floris ſeminisq; pedamentum eſt, in plures digeſtum longiores pedicu los, qui ſimul ex faſtigio eodem orti, in latius continuò radiantur, in orbem circumactum. Σκιάδιον ab effigie vmbellæ muliebris, qua faciem à ſole & æſtu defendunt. Apij genera omnia vmbellas habent, & his ferè longiuſcula, ſimplex & neruoſa radix eſt.
Verticella, σφονδύλια, quæ caulium & ramulorum artus ambiunt & coronant, vt in marrubio, clinopodio: ab inſtrumenti muliebris ſimilitudine,

* quo fusi vertendi gratia vtuntur.

Spicas, στάχυς. Quanquam fortè magis ad semina siue grana hoc ordine digesta quàm flores hoc nomē accommodetur.

¶ In spica, quæ olim speca, à spe, continentur

Grana.

Grano minus

Summum

Frit.

Vruncum.

Infimum,

Gluma, grani inuolucrum.

Solisequi

Heliotropium, per excellentiam maius & minus.

Seris, cichorium.

Lutei ferè omnes, & aureo colore splendidi, vt calendula, pes corui.

Bellis & radiati pleriq;.

Colocasia.

Pilei acuti specie seu cucullati.

Aquilegia, seu Angelica.

Aconitum

Cœruleum

Flauum.

Staphis agria,

Flores, ἄνθη, sunt vel

Foliati, in quibus lata & distincta folia sunt. Muscosi enim pilei formes, nó propriè foliati dicuntur.

Vngues in rosis & foliatis floribus. Sunt imæ foliorum partes quibus in capite suo cohærent.

¶ Florum colores sigillatim persequi infinitum foret.

¶ Quæ in floribus à figuris dicta nomina vsurpátur, eadé in seminibus similiter.

Florum instar est panicula, quæ dicitur

Cachrys, κάχρυς, pilula Plinio, in
- Larice
- Picea
- Platano
- Iuglande
- Tilia
- Abiete.

Iulus, ἴουλος, in auellana, ein kätzle.

Nucamentũ, κύτταρος, præcipuè in nucibus, deinde in illis etiã, quæ (Græcè) Canchryn ferre dicuntur.

STIRPIVM PARTES QVAE *semen fouent ac tuentur.*

Folium de quo supra.

Pes, petiolus.

Peri-

* Pericarpium,

Vas,vaſculum,theca,loculi,inuolucrum, conceptaculum ſeminis.

Folliculus,de diuerſis pericarpijs dicitur, de calyce, gluma in ſpica & membranoſa cute acini.

Calyx, ἀπὸ τοῦ καλύπτειν, folliculus quo flos primùm, mox ſeminis fœtus clauditur. Sic etiam in glandibus vocatur,vulgò cupula.

Gluma, tenuis grani tunicula. Acus purgamentum frumenti leuiſsimũ, pars glumæ inde aceroſum.

Siliqua,λοβὸς, valuulus peculiariter in leguminibus. Aliæ

Obliquæ vel dependentes, vt leguminum, quæ ſingulæ & longiores viſuntur.

Erectæ,breuiores, quinæ ferè, vt Aconiti cœrulei & flaui, & ſtaphis agriæ puto, & Aquilegiæ.

Corniculatæ vt in Cardamomo.

Scutulatæ figuræ.

Lenticularis figuræ.

Folliculus vt in ormino,nomen quod ſciam non habet.

Vulga,inſtar ſacculi pecuniarij:

Caput, (vt in papauere, κώδιον, fortè

* in carduis etiam, vt cinara, caput dici poteſt) loculamentis, id eſt, paruis capſulis diſtinctum, in quibus abſoluta ſemina ſunt. Quædam ſine capſulis ſunt, vt polemonion, flos Iouis.

Folliculo

Vndiq; adhærente

Inani, vt

Halicacabus,

Verbrüutne Küchle / frutex arboreſcens.

Echinus, pluribus, vt in caſtanea.

Murex (in tribulo) paucioribus.

FOLIORVM DIFFERENTIA.

Plantæ aliæ aut

Sine folijs ſunt, vt

Spartos

Cuſcuta

Adiantum Apuleij.

Habent folia.

Crenata, id eſt, ſerrata, per ambitumq; ſecta.

Fimbriata, quæ in ambitu in quaſdam fimbrias exeunt.

Laciniata, membratim per flexuras di-

gesta, vel natiuis segminibus dissecta. Laciniæ enim partes sunt extremæ decoris causa concisæ, orarumque summarum cæsuræ. Sic Vetonici syluestris genus quoddam floribus est laciniatis. Sunt tamen qui laciniosum pro sinuoso vsurpent.

Stellata, quæ etiam radiata dici possunt, vt

Rubiæ
Cruciatæ
Aparines

Horum omniũ geniculati sunt caules, folijs genicula ambientibus.

Bina, terna, quaterna, &c.

In vaginis condita, vt graminis, canariæ, tritici, iridis, & similium.

Striata seu canaliculata, singulis, vel pluribus canaliculis, vt cyperi, pseudocyperi.

Annua & caduca, vel decidua: non decidua

Lanuginosa, γναφαλοειδῆ, vt gnaphalij, dictamni.

Aculeata, vt chamæleontis vtriusque, cinaræ,

Hirsuta, vel mollioribus aculeis præ-

dita,vt auriculæ muris vulgò.
Leuia.
Splendentia,vt aconiti.
Non ſplendentia.
Aſpera.
Pinguia, vt lilij & teſticulorum genera varia.
Stipulæ, folia ſunt culmum ambientia.

STIRPES ALIIS QVIBVSDAM,
rarioribus partibus differunt,nempe,

Lanugine quarundam folia coliculiq; caneſcunt.
Mucro eſt acumen, in quod partes quæcunque deſinit,vt ſpinæ omnes,folia multa & quædam ſiliquæ.
Vmbilicus id in pomis eſt, quod in eis medium vel prominet vel conditur.
Spinoſa.
Semine,vt ſpanacia,tribulus.
Seminis conceptaculo,vt quę echinos proferunt.
Folijs tantùm,ſpina
Molliore, & figura magis quã reipſa, vt aſparagus,corruda.

* Duriore,vt Iuniperus.
Caule tantum, vt geinſtella ſuffrutex.
Caule & folijs.
His omnibus, quæ acanacea dicuntur, vt cardui,caule, folijs, & pericarpijs, (non ipſis ſeminibus)ſpinoſi.

TABVLA STIRPIVM SEMper *virentium.*

Ex ſtirpibus ſemper virentibus,aliæ
Tota ſuperficie ſemper virent,vt in
Arborum genere
Citrus & cognatæ,Laurus.
Buxus,Hedera.
Coniferæ omnes excepta larice
Glandiferæ pleræque: nam ne noſtra quidem quercus omnino nudatur folijs. Ilicum genera,Coccus,Aquifolia.
Sabina vtraque.
Fruticum genere, pauci puto:an philyca,Iaſminus.
Suffruticum genere
Odorati,
Samſucum,Thymus,Roſmarinus.
Chamæcypariſſus. Saluia
Lauendula,Spica,Hyſſopus
Clematis prima. Vetonica altilis & ſimilia.

Coronarij plerique omnes, vtpote lignosi.

Herbarum genere.

Ai ἀναιθεῖς, vt adiantum, trichomanes, filices vel omnes vel mihi notæ saltem.

Quæ liquorem habent,

Acrem duntaxat, vt tithymalli: qui & florent in exitu hyemis aut prius.

Quibus folia & superficies tota densior solidiorq; est, vt

Chamæpyxus.

Elleborus niger.

¶ Item quæ nullo certo genere continentur.

Coliculis summis.

In fruticibus,

Periclymenum

Cytisus, non tota, sed magna hyemis parte apud me in horto: ruri non dum obseruare potui.

In suffrúticibus, Chamædaphne horti mei.

Circa radicem tantùm. Herbæ

Quæ liquorem habent

Copiosum, dulcem aut subamarum, Tragopogon, Cichoracea omnia, an sic & Lactucæ.

* Paucum in ferulaceo genere, & si quæ alia fortè ἔνοπα sunt,

Olera

Satiua, apium.

Syluestria

Annua ferè ab autumno ad sequentem æstatem durantia.

Bellis, pastinaca syluestris, arthriticę

Bulbi pleriq;, hyeme amittunt superficiem totam: pauci seruant circa radicem folia,

Lilium album

Crocus, hyeme præsertim viret: æstate se oculit, vt & cylcaminus, arisara, &c.

Bulbine maior.

Stirpium aliæ

Semestres, à vere ad autumnum.

Annuæ, & totæ pereunt hyeme: nisi fortè autumno serantur.

Bimæ, aut longioris vitæ: & harum aliæ hyeme

Virent

Totæ

Radicibus.

Non virent, sed radicibus integris superficiem amittunt.

Τριετεῖς, πολυετεῖς.

* immaturus.

Pauciorum æſtate, (ὑπὸ πυροτομίαν, καὶ μικρῷ πρότερον)per meſſem tritici (vt bryonia puto) panaces in Syria.

Radices colliguntur

Totæ

Minores tantum,vt in elleboro.

Liquor, ὀπὸς.Et hic aut fluit

Sponte,vt tragacanthæ.

Sectione(ὀπισμὸν vocant.)

Caulium in pleriſq;,vt tithymalli, lactucæ.

Radicum,in paucis.

Capitum, vt in ſolo papauere.

Et horum ſi ſuccus

Abundet,πολύοπα, vaſe excipiunt, vt tithymalli ſiue meconij.

Paucus ſit,lana,vt lactuca.

Succus,χύλισμα,in ijs qui paucum & aridum ſuccum habent. Fit autem ſuccatio,(χυλισμὸς) vt quæ vrentes,aut torrentes aquamque infundentes exprimunt.

¶ Succus radicum aut eſt fructu

Infirmior,vt cæteris omnibus.

Vehementior,vt cicutæ & thapſiæ.

DE STIRPIVM PARTIBVS, EArumq́ differentijs, *tabulæ duæ Theophrasti de historia plantarum libri primi, capitibus quatuor prioribus, adiectis quibusdam ex cap. 17. 19. & 20.*

Omnes plantæ humorem calorémque sibi insitum quendam possident. Humor autem vel

Dicitur humor, vel liquor (succus, ὑγρὸν, ὀπὸς) & si quidam distinguunt, vt & lachrymam, δάκρυον. Hic partibus omnibus cõmunis est, nihil enim est quod careat humore.

Differunt humores vel ratione. Vide Plin. lib. 13. 28.

Coloris, est enim quidam lacteo similis, vt fici, papaueris.

Odoris. est enim odoratus, aneso, cedrulæ, apio, fœniculo, & similibus.

Saporis. est enim alijs

Vinosus, vt viti, moro, myrto.

Acidus, vt punico & quibusdam malis.

Sed omnes qui huic generi contribuantur vinosos putandum

Dulcis, vt fico, palmæ, castaneæ.

Acris,

Acris,vt origano, ſatureiæ, naſturtio, ſynapi,thymo.

Amarus,vt abſinthij,centaurij.

Pinguis,vt oleæ,lauro,nuci, amygdalæ,pino,larici,abieti.

Aquoſus ſiue dilutus (ὑδαρὴς,)vt pruno,viti,piro,malo,cucumeri, cucurbitæ,lactucæ.

Conſiſtentiæ, (ſic nobis diuidere & nominare libet:)vt in abiete,pino, omnibuſq; coniferis reſinaceus. Huc fortè referri poteſt etiam lacti ſimilis liquor ſupra nominatus.

¶ Vnaquæq; planta vt temperamentum proprium, ita ſuccum quoq; peculiarem habet,quo à cæteris omnibus differat. Licet enim pericarpia quarundam ſtirpium ſapore ſimilia videantur,in ipſis tamen ſeminibus eorumq; tunicis differentia percipitur.

¶ Vniuerſæ arborum plantarumq; partes cognationem quandam habent tota cum natura,quanquam odore ſaporeq; differant,ſic vt aliæ odoratæ & bene ſapidæ ſint, aliæ inodoratæ inſipidæq; omninò.

Sunt enim alijs,(ab odore differentia ſumpta.)

* Flores odorati, folia inodorata.
Contrà, vt coronarijs, quorum folia & rami magis olent quàm flores.
Neutrum.
Radix, aut alia pars.
¶ Sapor, succúsue ad cibum aptus in vna parte, in altera ineptus: vt arborum aliquot fructus hominibus eduntur, folia non item. Tiliæ contrà fructus pecora non attingunt, folia edunt pleraq;.

TABVLA DE STIRPIVM *partibus secunda.*

In stirpibus considerantur
Partes, μέρη
Essentiales
Similares, ὁμοιομερεῖς, vbi pars quę libet idem nomen cum toto habet. Harum aliæ
Priores
Neruus, ἴς, hic simplex est, nec diuiditur in ramulos.
Vena, φλέψ: hęc crassior est neruo, humorẽ continet, & in ramulos finditur.
Caro, σάρξ, quæ quoquo versus diuiditur, inter neruos aut venas sita.

* ¶ Hæ partes ſic nũcupantur per analogiam ab animalib. petitam.

Poſteriores, quæ ex priorib. conſtant.

Cortex, φλοιός, qui flores ambit & ſeparari poteſt. Conſtat aũt ex prioribus, vel

Tribus, neruo, humore & carne, vt roboris, piri, populi nigræ.

Duobus,

Humore & neruo, vt vitis,

Carne & humore, vt ſuberis.

Lignũ, ξύλον, hoc fiſsile eſt, id eſt, in longũ diuiditur. Cõſtat è neruo & humore: quędã etiã è carne, vt quęcunq; per ętatẽ dureſcunt & ligneſcunt, vt raphani radix.

Matrix, μήτρα, ligno ambitur: aliqui cor, alij medullã vocãt.) καρδίαν, μυελὸν. Sed καρδία ꝓpriè eſt durior matrix, vt ἐντεριώνη laxior.) Conſtat ex humore & carne.

Diſsimilares, ἀνομοιομερεῖς, & maiores, vtpotè ex ſimilaribus compoſitæ, & primæ quod ad ſenſum: quę & organicę dicuntur. Et harũ quędã μονοειδεῖς ſunt, vt tibia, cubitus: quarũ particulæ nominibus carent. Alię πολυειδεῖς, vt caput, cuius partes nũcupantur oculus, naſus, &c. Sũt aũt.

* Radix, ῥίζα, quæ alimentum attrahit.
Caulis, καυλὸς, qui in herbis tum promitur (est enim seminis causa.) cum parturiunt, siue eodem anno, siue secundo, siue serius. Hinc in arboribus caudex seu truncus vocatur στέλεχος. Caulem alia
Habent, non tamen perpetuò, sed annuum, vt quæ diuturnis radicibus viuunt.
Non habent.
Ramus, ἀκρέμων, ὄζος, qui è caudice proximo oritur.
Surculus, κλάδος, κλὼν, βλάστημα: qui è ramis nascitur, vt germina annua maximè.
In stirpibus considerantur
Partes essentiales.
Annuæ, ἐπέτειοι, quæ non propriè partes dicuntur, vt neq; embryon fœtus. Harum aliæ
Generationi inseruiunt, (quæ ferè omnia propter semen sunt.)
Folium, φύλλον. Horum aliæ constant ex
Neruo, cortice & carne, vt fici & vitis.
* Neruo

* Neruo tantum, vt harundinis, frumenti.

Flos, ἄνθος. Forum alij constant ex

Cortice, vena & carne.

Carne tantùm, vt qui inter lolia naſcuntur.

Pediculus, μίσχος: à quo folium vel fructus hæret. Pediculorum autem alij conſtare videntur

Ex neruo tantùm, vt harundinis, frumenti.

Ex eiſdem quibus caules.

Plura de pediculis leges infra in differentijs foliorum.

Fructus, καρπὸς: hoc eſt pericarpium cum ſemine incluſo,

Fructuũ alij conſtant ex

Carne & neruo.

Carne tantùm. Nonnulli etiam cute cõſtant.

Carne & neruo, vt pruna, cucumeres.

Humore & cute, vt morum, punicum.

*

Alij ſecus diſtinguuntur.
¶ Omnium (vt ſic dixerim) pars exterior,cortex : interior,caro:quorundã etiam nucleus.
Semen,σπέρμα.
Aliam ob cauſam accedunt in quibuſdam,vt
Muſcus,βρύον.
Capreolus,ἡ ἕλιξ.
Propriæ quibuſdam,vt
Robori,galla.
Viti,capreolus.
Partiũ differentię:vel in eo quod quædã,
Simpliciter habent,aut non habent,vt folia,fructum.
Habent,ſed
Diſsimilia,ἀνόμοια.
Figura,
Colore,
Denſitate(ſpiſsitate)raritate.
Aſperitate,leuitate, & alijs huiuſmodi.
Sapore.
Diſparia,ἄνισα exceſſu vel defectu,ſecundum
Magnitudinem.
Multitudinem.

* Dissimiliter, ἀνομοίως, id est differente
    Situ & loco, vt fructum supra vel infra folia.
    Ordine, vt rami
        Inconditi, robori.
        Ordinati, abieti.

STIRPIVM ALIA DIVISIO GEneralis, *secundum differentias suas.*

Plantæ differunt
- Natalibus seu loco. Sunt enim aliæ
    - Terrestres.
        - Montanæ
            - In Iugis montium, Bitterwurtz.
            - Ad latera. Estreatiuum in saxis & precipitijs montium. Flûblûmen. Rot flûblûmen.
        - In planicie.
        - In vallibus.
        - In pratis.
        - Circa oppida.
        - Circa muros & sæpes.
        - In ipsis sæpibus.
        - Circa areas domorum.
        - In ruderibus.
        - Locis saxosis.
        - In muris vel saxis
            - Naturalibus,
            - Constructis.
        - In syluis.

* In arboribus vel truncis arborum
  - Viſcum
  - Polypodium.
- In hortis
- In aruis, vt zizania
  - Quieſcentibus
  - Non quieſcentibus.
- Syluestres.
- Cultæ, vrbanæ, vel propter
  - Fructum in cibo.
  - Voluptatem in
    - Colore, vt horti penſiles,
    - Odore.
    - Figura.
    - Vmbra, &c.
- Ambiguæ vel in vtroq; genere, vt cerasi. Vrbanæ verò tantùm nullæ, aut paucisſimæ, vt etiam inter animalia.
- Peregrinæ, vt & aliæ quædam, & omnes nobis Aromaticæ,
  - Radice, vt zinziber, zedoaria, cyperus.
  - Semine, cardamomum
  - Cortice, cinnamomum
  - Folijs, vt malabathrum.
  - Liquore, vt balſamum.
  - Duobus vel pluribus iſtorũ.

* Suæ

* Suæ cuiq; regioni.
Aquaticæ: proueniunt enim aliquæ in
Paludibus
Plenis aqua, vt nymphea, lens pa-
lustris.
Resiccatis, adiantum Apuleij.
Fluuijs, potamogeton.
Mari
Corallium,
Fucus,
Alga,
Bostryches,
Ampelides,
Otacides.
Ripis & littoribus, vt sium, menta-
strum, sisymbrium, Marinas di-
xeris, in mari nascentes: Mariti-
mas, iuxta mare.
Tempore differunt plantæ,
Partium anni quibus crescunt, aut vi-
gent, aut fructum ferunt, &c. Sic a-
liæ sunt
Per totum annum.
Vernæ.
Æstiuæ vel alsiosæ, vt ocymum,
Autumnales, vt caltha.
Hybernæ, vt elleborus niger.
Durationis, vt aliæ sunt annuæ, aliæ

duobus vel tribus, vt angelica, laser. Vel pluribus annis durant.

Sexu, sic aliæ dicuntur

Mares, nigriores, duriores.

Fœminæ, albiores, fruticosiores, fœcundiores.

DIFFERENTIAE STIRPIVM *secundum partes, (quarum plurimæ ab animalibus mutuantur nomina.)*

Stirpium partes aliæ

Simplices,

Compositæ,

Communes

Omnibus.

Plurimis.

Paucis.

COMMVNES OMNIBVS ET *simplices partes.*

1. Humor natiuus

Expressus, succus, χυμὸς.

E vulnere profluens, liquor, ὀπὸς.

Lachryma, δακρύδιον. Est autem lachryma humor, qui statim delecto

caudice

* caudice vel ramo,aut ipso ligno,prosilit & apparet.
Lacteus,
Croceus,&c.
Gummi,
Resina.
2. Neruus fissilis est, per carnẽ & aliam substantiam meat. Fibræ verò seorsim etiam in radicibus procedunt foras, licet pro neruis aliquando accipiantur.
Pectines,vt vocant in ligno,nerui esse videntur.
3. Vena maior & crassior neruo, humorem habens & ramulos, in folijs apparet.
4. Interuẽtũ,quod inter venas intercipitur.
5. Caro diuidi potest omnibus dimensionibus,cortici subest.
Pulpa in arboribus est, quod in animalibus musculum appellamus.
Tori,κόνδυλοι,prominentes partium tori,& in se pulparum modo collecti, vnde torosum aliquid dicitur.
6. Tunica est tenuis cortex veluti membranaceus, quo arbor vel radix inuestitur.
Imò pars omnis suam seu cutim & putamen habet.Cępe folliculis tunicatum est. In arboribus librumdicimus.Thallia dicitur cæpæ folliculus: In malo punico putamen,malicorium.

Partes aliæ ab animalibus dictæ.

Caput dicitur
Infra, vt in bulbaceis, rotunda radice.
Supra, vt in papauere, vbi & κώδιον priuatim.
Caput etiam vocant extremam vitis partem, id est vltimum & productissimum flagellum.
Vertex,
Cacumen.
Frons, vt paulò post dicetur.
Cerebrum in palma.
Medulla pars similaris, cor, matrix. Hæc alijs est
Multa
Pauca
Fungosa & laxa
Compacta & solidior
Nulla, vt buxo, ebeno.
Ceruix, pars à capitatis radicibus prodiens, prælonga teresq;.
Capillamenta, fibræ, acetabula: vel cirri, si crispentur: in floribus quibusdam croci.
Coma, quicquid hilari venustate, crinium modo, summa ramorum vel coliculorum exornat.
Iuba, arundinacea coma effusa, qualis in milio est, à iubis animalium.

Alæ, Alarum caua, Sinus, μασχάλαι, ex quibus noua semper germinatio prodit: cum adnata nullam habeant certam partem vnde emergant.

Adnata, Adnascentia, Appendices, παραφυάδες,

Caulium

Radicum.

Brachia, maiores arborum rami.

Latera.

Genicula, vel Artus, in geniculatis vel articulatis.

Caulibus, vnde polygonos & polycnemon dictæ.

Radicibus, vt polygonaton, arundo, doronicum vulgò dictum.

Internodium, inter genicula medium.

Pes, pediculus, petiolus, tenax, μίσχος, quo folium, fructus, aut flos dependet.

Pars

Prona ad terram.

Supina, remotior à terra.

Partes stirpium compositæ, communes plurimorum. RADIX.

Radix, oris instar, ad alimentum attrahendum, vt planta sit tanquam animal inuersum. Sunt autem aliæ

Bulbaceæ,bulbosæ,capitatæ. Radices ipsæ bulbi dicuntur :eæq; vel sunt
Tunicatæ,vt
Cæpe
Porrum,&c.
Solidæ,vt aliquatenus tamen distincta tubera separentur,vt
Croci
Liliorum.
Narcissi
Scillæ
Arundinum.
Oblongæ,vt in cartilagineis.
Simplices,(quod ad radicem scilicet,quę recta in profundum agitur, & veluti stirps est)vt olerum.
Multiplices,fibratę(per excellentiam nimirum,fibris enim omnino radicē nullam carere putarim) multis adnatis.
Rectæ,
Obliquæ,
Spongiosæ,vt asparagorum, quam radiculas illigatas & connexas, ac multis irretitas capillamētis,spongias & spongiolas vocant.
De radicum diuisione plura leges apud Theophrastum hist.lib.7.cap.2.& 3.Et rursus 7 11.Et lib.9.cap.13.Item in Scaligero in plantis Aristotelis, fortè & in

Anticardano.Lib.16. radices vocat ſy-
necdochicè pro plantis, quarum radi-
ces in vſu medico ſunt,&c. Herbas ve-
rò,quarum folia.

2. Pars à radice ſurgens in
Arboribus,ſimplex
Fruticibus,multiplex,
Vt ſunt codex ,caudex, ſtipes,φιτρὸς,
ςέλεχΘ.
Stolones,μοσχεύματα, inutilis fru-
ticatio è radicibus : vtilis tamen
plantandis nonnullis, vt
Corylo
Meſpilo
Fico
Viti.
Herbis,
Caulis,καυλὸς
Scap⁹,in ſtyli modũ ſurſum proreptãs,
à columnaribus ſcapis.
Thyrſus, rect⁹ in virgulę vel teli modũ.
Culmus,κάλαμΘ, in frumento.
E frugibus ſectos,ſtramen,ſtramentum
vel paleam vocant.
Virgultum ſurculus eſt,qui terræ com-
mittitur,vt in arborem inſurgat.

3. Caulis
Mollis,vt amplexi caulium.

Lignosus.
Leuis.
Striatus. Striæ partes sunt, quę protuberant & eminent in longum.
Cauus.
Solidus.
Rotundus.
Angulosus.
Latus. Vnde lactuca, πλατύκαυλος.
Teres.
4. Amplexi caules,
Cum capreolis à capiendo, quibus adminicula complectitur vitis.
Cucumis.
Pepon.
Cucurbita.
Vitis.
Cultina,
Syluestris,
Labrusca, quæ fert ὄμφακας.
Caustica, aliâs Viburnum.
Alba, aliâs Bryonia.
Nigra.
Sine capreolis, clauiculæ.
Periclimenon
Volubilis,
Maior,
Minor.

* Cyclaminum alterum.
Caſſytha, vulgo cuſcuta.
Lupus ſaliƈtarius.

5 Cortex, cuius.
Partes
Tunica, extrior.
Liber, interior, in arboribus.
Differentiæ
Planus.
Aſper.
Hiulcus, quibuſdá vel uti ſquammatus.
Tenuis.
Denſus.
Colore etiam, & alijs medijs differunt.


6 Rami, quibuſdam nodi diƈti.
Maiores, tabulata. Aliqui brachia ſcribũt eſſe ramulos.
Minores, ramuli, qui in ſurculos, ſurculi in germina deſinunt. Vocantur & Aſparagi ſeu Turiones, recentia germina ſtirpium, & tenerrima, quæ edendo ſunt: vt Cymæ olerum, braſsicæ maximè, delicatiores coliculi, in quibus florum calyces adhuc includuntur.

7 Termes, ram⁹ cũ folijs & fruƈtu· ὀρεσιώνη.

8 Spadix in palma.

9 Crada in fico.

10 Viticulæ, ζἆιι, id eſt dentes, & flagella



ſunt,vt in vitibus & cucurbitis, oblongiores & productiores ramuli, qui longè vagantur & vicina complectuntur, olim flabella dicta, quòd ventis impetantur. Quidam etiam arborũ cymas flagella vocant.

11 Frons, pro ramo capitur, ſed proprie eſt, quod ipſe ramus circumquaq; producit, multa interdum folia habens, & nonnihil corticis ac velut cauliculi.

12 Virga ex radicibus, aut caudicis laterib⁹ exit, Soboles quibuſdam dicta.

13 In vite palmites, è ſtirpibus ac ſurculis quotannis prodeunt, dictæ quod inſtar palmarum hominis virgulas quaſi digitos ædant.

Pampini, frondentium ramuſculorum comæ, coliculiq; fructum fouentes, & ab impendente vindicantes iniuria: hinc pampinare.

Sarmenta, prælongæ virgulæ, in quas vitis luxurians ſpargitur, id eſt, Vitis ipſius brachiorum & caulium ligna, tam'dũ ſunt in vite, quam dum execta & exempta ſunt.

Malleolus, nouellus eſt palmes, innatus prioris anni flagello, vbi deciditur ex veteri ſarmento, prominens vtrinq;, & malleoli ſpeciem præbens.

Palma,

Palma, maius flagellum, vnde nascuntur vuæ.

Propago grůbzåben/ vitis vetula depressa,atq; in terram per inflexos arcus sub mersa,vt ex vna plures emergant.

Gemma vel oculus, in vite& alijs etiam, germinis tuberculum vocatur. VideCaroli Stephani Vinetum.

ARBORVM DIFFERENTIAE, EX *Theophrasti de hist.plant.lib.1.cap. 5.& deinceps.*

Nota asteriscis distincta poterant hic omitti, (quanquam Theophrastus ponat) quoniã infra repetuntur. Vt vrbanæ etiam & syl uestres in differentijs locorum. Durum,læ ue, pulchrum & contraria: corticis ferè aut ligni vel caudicis differentia sunt. Ad ijciuntur autem tanquam obiter, aliarum quoq; stirpium differentiæ.

ARBORVM differentia,quæ cæteris etiã stirpibus in plurim is accommodari possunt, sumuntur ex his generalioribus locis,nempe

1 A toto,siue tota substantia
2 A locis,in quibus proueniunt.
3 A partibus singularibus. Sũt autem
4 Caudex.
5 Rami.

6 Cortex.
7 Lignum & caulis.
8 Medulla.
9 Radices.
10 Nodi.
11 Folia.
12 Semina.
13 Flores.
14 Fructus.

De quibus sigillatim tabulis per numeros destinctis agemus ordine.

ARBORVM DIFFERENTIA I.

quæ à toto, vel quæ ad substantiam totam refertur, de qua Theoph. 1. 23.

Sunt autem arbores aliæ
Vrbanæ
Syluestres. quædam enim cultu deteriores redduntur, vt abies, pinaster: & in omni stirpium genere, quæ loca frigida niuosaq; adamant.
Fructiferæ, steriles.
Germine vel fructu præcoces, πρωϊβλαστῆ, πρωϊκαρπα, ὀψίκαρπα.
Floriferæ, ἀνθητικά. Flore carentes, ἀνανθῆ.

Magnæ.

Magnæ, paruæ. Itemque alię (quæ huc referri possunt, ex cap. 14.

Excelsæ, vt abies, & quæcunque simpliciore caudice assurgunt, nec radicibus nec ramis multis præditæ.

In profundum descendentes, (suis radicibus.)

* In ramos illico sparguntur, vt malus.

* Ramosæ, & molem superiorem grandiorem gestantes, vt punica.

¶ Fiunt autem hæc singula vel

Natura

Arte & cultu.

¶ Adhęc plurimum refert alimentum, locus & cultus. Eædem enim si crebræ ferantur, excelsæ gracilesq; redduntur: si raræ contrà. Et si statim ramos succidas, excelsæ, vt vitis: si relinquas, breues assurgent. Olera etiam nonnulla arboris figuram capessunt. Omnia locis suis melius augescunt. nam & inter congenera, quæ suis in locis manent, enodiora, ampliora, pulchrioraq; extant. Et in totum syluestris materies pulchrior & commodior & copiosior parte montis aquilonia, quá meridiana enascitur.

Duræ,molles.
Læues,asperæ.
Cortice.
Folijs.
Pulchræ,deformes,
Fructus
Boni
Praui,
Syluestres quidẽ plura ferunt:sed vrbanæ meliora, suauiora, & in totum temperatiora.
Folia amittentes. Perpetuò virentes.
Plantæ quædam in totum folijs carẽt.
A loco,differentia II.
Ex arboribus nascuntur aliæ in
Aquaticis
Paludibus,τέλμασι. Quędã palustres (ἕλεια)omnino sunt,vt salix,& platanus.
Lacubus,λίμναις.
Fluuijs.
Mari
Minores,in nostro.
Maiores,in rubro.
¶ Plantæ quædam nisi in solo madente nasci non possunt: quædam nascuntur quidem,sed longè deteriores.

Aridis

Aridis
Terrenis.
Littoreis:vt ex minoribus quædam.
Vtrobique, quas amphibias dixeris, vt myrtum,ſalicem,alnum.
¶ Addi poſſunt vrbanæ,ſylueſtres:& ſylueſtrium aliæ montanis, aliæ planis gaudent,&c.

A partibus,differentia multiplex:& primo III. in genere.

Arbores differunt ſuis partibus: ſunt autem aliæ
Generales:quoniam aliæ alias
Habent: ſed vel
Plures
Pauciores
Diſsimili modo,&c.
Non habent.
Particulares, cuius generis prima differentia ſumitur,à

A partibus differentia IIII.&c.

4. Caudice:qui eſt aut
Procerus μακροστελέχη.
Breuis βραχυστελέχη.
Rectus ὀρθοφυῆ.

Contortior, σκολιώτερα.
Simplex, μονοστελέχη.
Multiplex, πολυστελέχη.
Sic in herbis μονόκαυλα, δίκαυλα, ἄκαυλα. Cæterum in arboribus μονοστελέχη eadē ferè sunt quæ ἀπαράβλαστα: & πολυστελέχη, quæ παραβλαστικά.
Herbis nullus, ἀστελέχη.
Crassus, tenuis.
¶ Olea & oleaster caudicum cauitate, vitio peculiari laborant. cap. 13.

5 Arbores differunt ramis, κλάδοις, qui vel sunt
Multi, πολύκλαδα.
Pauci, ὀλιγόκλαδα, vt palmæ.
Crassi, Tenues.
Validi, Infirmi.
¶ Nodorum, qui rami maiores sunt, differentia, inferius habetur.

6 Arbores differunt Cortice
Tenui, Crasso, λεπτόφλοια, παχύφλοια. Læui,

Leui, Aspero. λειόφλοια, τραχύφλοια.
¶ Quædam dum adolescunt læui sunt cortice, cũ senuerũt, aspero.
Dissecto, vt vitis, ῥιζόφλοια, quibus cortex radicis speciem gerit, Gaza. Ego σχιζόφλοια legerim.
Deciduo, vt potulaca, arbutus.
Carnoso, vt suber, populus, σαρκώδει.
Neruoso & macilente) ἰνώδει καὶ ἀσάρκῳ) vt vitis, (arundo, triticum.)
Multiplici tunicis, πολυλόπῳ, vt tiliæ.
Simplici tunicis, μονολόπῳ, vt fici, arundinis.
7 Arbores differunt ligno et caulibus idque vel
Partibus. Sunt enim alij vel alia
Carnosi, vt roboris, fici, σαρκώδεις.
Macilenti, ἄσαρκοι, vt cedri, cupressi.
Neruosi, ἰνώδεις, talia enim ligna sunt abietis & palmæ.
Eneruces, (In Græco est μανά.)
Venosa, φλεβώδη.

Venis priuata, ἄφλεβα.

Et insuper inter frutices & suffrutices caulis quarundam est,

Geniculatus, arundini

Spinosus, rubo.

Insceptus (indistinct') et æqualis, ἀδιάφρακτος καὶ ὁμαλὸς, iunco.

Qualitatibus, vt

Duritie, Mollitie.

Lentitia, Fragilitate

Leuitate, Grauitate, &c. Suber viride statim leue est; salix sicca, bux' & eben' ne siccæ quidē. Buxus & ebenus grauia sunt densitate: robur, quia terrenum.

Item quod alia sunt.

Fissilia, εὔχιστα, vt abies propter meatuum rectitudinem.

Fragilia, εὔθραυστα, vt olea; propter obliquitatem & duritiem materiæ.

Enodia, ἄοζα, vt sambucus.

Nodosa, ὀζώδη, vt abies.

Flexibilia, εὐκαμπτα, vt tilia propter humoris lentitiam.

8 Arbores differunt Medulla, μήτρα, quoniam alia

Habent, eaque vel

Carnosam, vt vitis, sambucus.

Lignosam, vt abies, pinus: & quidē hæc præcipuè quod tædæ plurimum in se gerat.

Duriorem & spissiorem, cornus, ilex, robur, cytisus, morus, celtis. Harum omnium, Medulla nigra est, & durior ligno suo, ideoque flecti non sustinet. In robore priuatim melandryon vocatur à colore nigro.

Solutiorem, μανοτέραν.

Minus solutam.

Membranis similem, ὑμενώδη, vt

Arundo,

Ferula, & alia inter fruticosa vel suffrutices.

Arbores verò nullæ vel raræ.

Magnam & perspicuam, vt ilex, robur, & aliæ prædictæ.

Incertiorem, (minus conspicuam) vt olea, buxus, haud enim ita in his distincta spectatur. Quamobrem sunt qui eis medullam non in medio, sed per totum lignū dispersam esse affirment.

Nó habát, vt videtur, ſambucus & palma.

9 Radicibus differunt arbores. Sunt enim alijs. Cap. 9.

Multæ longæq́, vt fico. καὶ μακρόῤῥιζα.

Paucæ, vt punicæ, malo. πολύῤῥιζα, ὀλιγόῤῥιζα.

Craſsiores. Tenues omnes, vt viti. Inæquales, vt lauro.

Vna, μονόῤῥιζα, vt abieti, pino: ita vt vna pręgrandis in imum deſcendat, paruæ aũt complures ab ea exeant.

Harum rurſum quædam mediam radicem

Maiorem & profundiorem habẽt, vt amygdala.

Paruam: cæteras verò grandiores contortioresq́; ὥσπερ κεκαρκινωμένας, vt olea.

Læues, Aſperæ.

Saræ, Spiſſæ & diuerſæ. Omnium quidem radices rariores corpore partibus ſuperioribus ſunt.

Neruoſæ, ἰνώδεις, vt abietis. Carnoſæ, vt roboris.

Nodoſæ villoſæq́;, ὀζώδεις καὶ θυσανώδεις, vt oleæ. Tenuiores enim radices multas & conferctas emittit.

Altæ,

Altæ, vt robori, βαθύρριζα. Fico radices profundiores: item omnibus raris & rectà descendentibus. Stirpes circa vigorem longiores & profundiores radices habent quàm vetustę.

Summæ terræ adhærentes, vt malo, cupresso, ἐπιπολαιόρριζα. Profundiores quidem & simpliciter longiores fiunt, si solum sit leue, rarum, & facilè transmeatu.

Rectæ & æquales. Obliquæ & inæquales, idq; natura, vt lauro, oleę, non tantum loci obstantis ratione, vt fico & alijs.

Prolem sursus versus procreant, vt vitis, παραβλαστικαὶ εἰς τὸ ἄνω. Non procreant, vt abies, ἀπαράβλαστα.

¶ Radices omnes medullam habent, vt & caudices & rami. Omnes prius crescunt quàm superiora: nec altiùs descendunt, quàm Sol penetrat.

¶ Suffruticum quoque, herbarum, reliquorumque, eædem ferè differentiæ sunt: nisi quæ penitus radice carent, vt tuber, fungus, cranium.

In cæteris enim Radices vel sunt Cap. 10. & 11.

Numerosæ,vt tritico,ordeo,tiphæ, et huiusmodi.Πολύῤῥιζα.

Paucæ,vt leguminibus.

Singularis , vt maiori parti olerum , sed quædã propagines (ἐπιφυάδας) magnas subgerunt , vt apium, beta : quæ pro corporis sui ratione altius quàm arbores sanè radicantur.

Carnosæ,vt raphano,aro,betæ,asphodelo,croco,perdicio,vingo in Ægypto: & arachidnæ,&c.silphio,magydari.

Magnæ & carnosæ,vt ferulaceis.

Lignosæ,vt erucæ,ocymo:& syluestribus magna ex parte , quibus non protinus plures & fissæ exeant, vt tritico, ordeo, & priuatim dictæ herbæ. (his enim statim finduntur.)

¶Annua & herbacea omnia radicib,vel
Statim fiduntur in partes æquales:
Vnam aut duas magnas emittũt , à quibus prodeunt minores.

Quædam quasi ex carne & cortice constantes,vt raph anorũ & raporum(cartilagineæ Plinio.)

Geniculatæ , vt graminum , & omnis generis harundinacei , caulibus seu calamis suis supra terram similes.

Tunicis multiplicibus constantes & corticosæ

ticosæ, λεπυρώδεις ἢ φλοιώδεις:
vt scillæ, bulbi, cepæ. Videntur autem
hæc omnia, & in vniuersum quæcunque capitata terraque condita sunt,
(κεφαλοβαρῆ καὶ κατάῤῥιζα, malim,
quæcunque capitata sunt, & radiculas
à capite deorsum duntaxat emittunt)
duplex quodammodo genus radicis
habere: nempe carnosam illam & corticosam: & eas (minores fibras) quæ ab
illa proueniunt. Videntur enim toto genere differre, non crassitie tantum & tenuitate vt in alijs radicibus. Aut fortè
caput illud quasi cyma seu fructus est:
non enim omne quod infra terram, radix est, vt neque tuber. Fibræ verò tantum quæ deorsum dependent, propriè
radiculæ.

Magnæ, frequentes & validæ, vt capitatis
iam dictis, item gramini & harundinaceo generi.

Radicibus præterea

Succi omniũ insuauiores (δεινότεροι)
quam in fructu suo habentur, & quarundam amari cum fructus dulcis sit.
Hinc fit vt radices quædam sint.

Medicatæ, φαρμακώδεις.

Odoratæ, θυώδεις, vt iridis.

Radices quædam aliquid singulare habent:

Vt quæ prodeunt

É germinibus, vt in fico Indica (cuius germina ad terram reflectũtur, radicanturq; in toto circuitu, ita vt caudicem non attingant,)

E folijs, vt in herbula quadam circa Opûnta, quæ etiam suauis in cibo est,

Lupinum terram amat, terraq; operiri non vult, Plin. 18. 14. Et mox, Tellurem adeò amat, vt quamuis frutectoso solo coniectum inter folia vepresq;, ad terram tamen radice perueniat. (Gaza ex Theophrasto, aliter vertit, nec placet.)

10 Arbores differunt Nodis, ὄζοις.

Sunt enim arbores aliæ

Nodosæ, ὀζώδεις, vt olea, pinaster, oleaster, idque vel

Natura. Sic paucos nodos habent sambucus, laurus, ficus, & omnia quibus cortex læuis, quæuè concauo & laxo corpore surgunt. Spissæ etiam materiæ arbores, nodosiores

quàm

quàm raræ ſunt: item rarius conſitæ nodoſiores, breuiores, contortioresq́;, quàm denſius conſitæ.

Loco, nam quæ in vmbroſis & à vento ſilentibus & dilutis locis naſcuntur, ferè enodia ſunt: contraria verò, nodoſæ. Montanę campeſtribus, & ſiccæ paluſtribus nodoſiores. Sylueſtres vrbanis, tum ſimpliciter, tum congeneres.

Enodes, ἄοζοι, id eſt, paucis nodis prędıtæ: nam prorſus enodes ſtirpes nullæ ſunt in arborum genere: ſed inter paluſtria, vt iuncus, tipha.

Nodi quibuſdam

Inordinati, ἄτακτοι, & vt fortè euenit.

Ordinati, τεταγμένοι, tam interuallo quàm numero, ob id eas egregias vocant, δένδρα ἀξιολογώτατα.

Conſtant enim aliæ nodis

Binis, δίοζα.

Ternis, τρίοζα.

Pluribus.

Quinis, πεντάοζα.

Pares ferè vndiq; magnitudine.

Aſsiduè grandiores, quo propius craſ-

flori adiacent parte, vt in oleaſtris apparet, & in arundinibus, quarum geniculus veluti nodus eſt.

Inuicem reſpondentes κατ' ἀλλήλους, vt oleaſtrorum.

Promiſcui, ὡς ἔτυχεν.

Recti & quodammodo infixi tum nodi, tum rami, abieti, cęteris minimè, quam obrem abies validiſsima eſt.

Faciebus belluarum ſimiles, mȧlo peculiariter, eſt enim vnus prægrandis, alij circa eum parui complures.

Cæci, τυφλοὶ, quibus nullum germen enaſci poteſt, idq; vel

Natura

Læſione.

Fiunt autem cum pars arboris ictu lęſa, ad vulnus conſolidandum enitens, oris vndique plagis circumactis, callo cicatriceq; tumuerit. Hoc craſsioribus ramis potiſsimũ euenit, nonnunquam etiam caudicibus.

Fœcundi, γόνιμοι.

¶ Quibuſdam veluti cradæ (nam propriè dicta cradatio, κράδος, fico euenit, cùm rami eius quos cradas peculiariter vocant, areſcunt.) gignuntur, ceu vlmo, robori,

bori,& præcipuè platano,quæ si aspe-
ris,aridis, ventosisq; locis stent, ita o-
mnino fiat necesse est.

Ramus proximus terræ, & quasi iuxta caudicis caput,senescens crasior redditur.

¶Nonnullæ gongros à quibusdam vocatos habent,vel simile quid pro arboris natura.Gongrus enim oleæ fermè peculiaris est morbus, quem alij premnum, alij crotonam, alij aliter nominant.Rectis vnistirpibus minusq; ab imo plantigeris, id aut nullo pacto,aut minus accidere solet.

Ramuli omnium nodosiores semper videntur, quod minimum ijs internodium interiacet:vt ficulnei qui nuper prouenerint, & vitis palmitum sumitates.Est enim gemma in vite,vt geniculum in arundine,nodus in cæteris.

II.Arbores vel plãtę differũt folijs,φύλλοις.
Secundum hæc enim Plantæ
Aut semper virent,vt
Arbores
Vrbanæ : Olea,palma,laurus, myrtus, pini, (πεύκης,)genus quoddam,cupressus.
Syluestres:abies, pinaster, iuniperus, smilax (taxus Plinio) thuia,

phellodrys, tilia, cedrus, picea, myrica, buxus, ilex, aquifolia(ἀγρία) celastrus, philyra(φιλύκη) acuta spina, apharça (quæ monte Olympo proueniunt.) Item terebinthus, laurus. ¶ Potulaca & arbutus, cacuminibus perpetuò virent, folia inferiora dimittunt.

Frutices, edera, rubus, harundo, rhamnus, cedrula.

Suffrutices herbæq;: ruta, brassica, rosa, abrotonum, samsucum, serpyllus, pauer, & complura syluestrium. ¶ Origanum, apium, equapium, cacuminibus perdurant, amissis reliquis. Ruta etiam affligitur atq; mutatur.

¶ Omnia quæ perpetuò virent, folijs angustioribus sunt, & pinguedinē quandam suauemq; olentiam reddunt Sed hæc quoq; non semper eadem durant, verum alia proueniunt, alia exarescūt, idq; circa æstiuum solstitium.

¶ Nonnulla quanquam sua natura semper virere nequeūt, tamen ex loci causa folia nunquam dimittunt, vt quæ in Elephantino agro & Memphi proueniunt, &c.

Aut folia abijciunt. Omnes quidem au-

tumno

tumno & per autumnum, sed aliæ

Ocyus. ¶ Decidunt sorbo vniuersa, cæteris paulatim, Plinius.

Tardius, vt quædam etiam ab hyeme occupentur.

¶ Quædam germinant præmaturius, & tamen tardius folia dimittunt, vt amygdala. Quędam ferè germinant, nec tamen tardius abijciunt, vt morus.

¶ Regio solumq; madidum ad perdurandum conferunt. In siccis & omnino tenuibus locis natæ, prius folia deperdũt, & veteres priusquam nouæ: quædam & antequam fructum percoquant, vt piri sylueſtres.

Folia aut sunt

Sibi dissimilia, vt quæ

Noua orbiculantur, veterata in angulum exeunt (in quod omnium mutatio desinit) vt populi, crotonis.

Edera contra.

Vertunt partes supinas mox post solstitium æstiuum

Olea

Tilea

Vlmus

Populus.

Sibi similia, vt in cæteris arboribus omnibus.

Ampla seu lata: viti, fico, platano.

Angusta, oleæ, punicæ, myrto.

Rara, vt pino, abieti, cedro, σπανόφυλλα, Plinius τριχόφυλλα legit, vertit enim capillata, pino, cedro. Rara verò inferius, vt sequetur.

Carnosa, quia constant pulpa

In rotunditatem

Cupresso, myricæ, Arboribus,

Cneoro, stœbe, Fruticibus,

Sedo, polio, Herbis.

In latitudine, vt betæ, brassicæ, rutæ.

Harundinacea, καλαμόφυλλα, vt palmę, coici, cæterisq; similibus, quæ folijs angularibus constant, vt harundo, gladiolus, butomus, & cætera palustria. Horum folia quasi ex duobus constare videntur, mediumq; veluti carinam habere, vnde & cæteris meatum medius amplus porrigatur.

¶ Omnia folia parte prona supinaq; inter se distant: ac cæterorum pars supina viridior leuiorq; est: neruulos enim & venas in pronis habent, vt manus. Oleaginorum verò pars ea ipsa candidior, minusq; leuis. Edera quoq; frondes lęues

superne

supernè habet (Neruos callum & articulos superius habent, incisuras verò subter, vt manus humana, Plin.)

¶ Omnium folia quotidie ad Solem oscitant, interiores (inferiores, pronas) partes tepefieri valentia, Plin. Theoph. vt sæpè dubium sit vtra pars potius ad ramulum vergat, &c. Theoph.

Differunt figura

Angularia, γωνιόφυλλα. Vide Harundinacea.

Orbiculata, vt piri.

Oblonga, vt mali.

In acutum producta, & in angulum depressa, vt smilacis, εἰς ὀξὺ προήκοντα, καὶ παραγωνίζοντα. Plinius vertit angulosa ederæ.

Multifida & quasi serrata, ἔυσχιςα, καὶ οἷον πριονώδη, vt abieti, filici. Insecta pectinum modo, piceæ, abieti, Plin. Vitis quoque aliquatenus fissa, (σχιςά) laciniata & (vt ita dixerim) cruciformia σκολοπώδη.)

Insecta, (ἐντομὰς ἔχοντα) vt vlmi, roboris, coryli.

Cum extrema, tum lateribus sinuata (πα

ἐγκαθ.ζοντα, vt ilicis, roboris, ſmilacis, rubi, paliuri. (Sinuoſa toto ambitu robori: ſpinoſa cute, rubo, Plin.)

Extremitate pungentia, pini, laricis, abietis, cedri & cedriæ. (Plinius legit agriæ, id eſt aquifoliæ.)

Spinas pro folijs arborum nulla habet, ſed inter ſuffrutices φυλλάκανθα.

Acorna.

Drypis.

Acanus.

Et omne ferè genus ſpinoſorum. His enim omnibus loco folij ſpina oritur. Quod ſi quis hæc folia eſſe negauerit, carere folijs ea omninò ſequetur, vt quædam aculeata quidem ſint, folium verò habeant nullum ceu aſparagus.

Differunt pediculo, alia enim

Habent

Longum, vt vitis, edera.

Breuem,

Tremulum, vt populi folia, quæ & ſola inter ſe crepitant, Plin.

Adnexum, vt platanus, vitis.

Quaſi infixum, vt olea.

Carent, vt ſcillæ, bulbi, ἄμισχα.

Prodeun-

Prodeuntia ex
  Germine, plerisq;
  Ramis
  Caudice, vt robori.
  (Caule, in suffruticibus quibusdam & herbis.)
  Radice illico, oleribus plerisq;, vt intybo erratico, cæpe, allio, & bulbosis omnibus, quorum non solum quod primò oritur, verumetiam caulis omnino sine folijs est. Quorundã folijs iam perfectis caulis assurgit, vt lactucę, ocymi, apij & frumentorum. Item nonnulla ex his caulem primò mitem, post horridulum spinis gerũt, vt lactuca & cuncta folia spinosa redduntur. Atq; etiam magis in fruticum genere, vt rubus, paliurus.
  Mali quodam in genere parua medijs pomis emicant folia, interim & gemina, Plinius,
  Multa, pauca.
  Lata, Angusta.
    Plinius aliter: Iam densa ac rara, semperq́; lata rariora.
  Ordinata, Myrto. Inordinata plerisq; alijs, (pomis, Plinius.)
  Concaua, in genere olerum, cępa, gythyũ.

Aspera, Læuia, Aculeata. Sine aculeis.

Fructum interceptum gerentia, vt laurus Alexandrina quę fructum super folijs gerit.

Ramulosa, vlmo, & cytiso, Plin.

12. Arbores differunt seminibus. Theoph. lib.1. cap.18. Plin.15.28. ¶ Semen partium omnium postremum est: hoc humorem caloremq; insitum in se habet: qui cum desierint, semen infœcundum sicuti vrinum ouum relinquitur.

Quorundam semen protinus post tegmen ambiens subest, vt palmæ, nucis, amygdalæ, quibus ambientia plura vtique sunt, ceu palmæ.

Quibusdam caro & nucleus interiacent, vt oleæ, pruni. ¶ Huic distinctioni fortè eadē est, * quæ paulò post sequetur: Semina (inquit) quibusdam protinus carnosa, ceu illa quæ nucum & glandium genere cōprehenduntur. Quibusdam caro in nucleo est, ceu oliuæ, lauro & alijs.

Hæc sunt obscura.

¶ Hæc obscuriora videntur: & nihil tale lego apud Plinium.

Non desunt quibus in nucleo tantùm, vel nucleacea & quasi retorrida cōstét, ceu cnico & similibus: nec nō & multis oleribus.

olcribus. Palmæ quidem euidentiſsima. Cauitatem enim nullam habent, ſed tota plena atq; perſolida ſunt : quanquam his quoq; humor quidam calorq; ineſt.

Semina quædam
- Includuntua
  - Siliquis λοβοῖς, vt
    - Annua quædam.
    - Legumina, & ſylueſtriũ alia cõplura.
    - Arbores, vt ſiliqua, cercis & colœtia, circa Liparam.
  - Folliculis, ὑμέσι, ex annuis quædam, vt triticum, milium.
  - Vaſculis, ἀγγείῳ, ἐναγγειόσπερμα, vt papauer & ſimilia: nam ſeſame modus quidam peculiaris eſt. ¶ Nullum in vaſculo ſemen arboris eſt, niſi conum vaſculum dixeris, quod abſolui de fructibus poteſt.
- Nuda
  - Sunt, vt olerum pleraq;, anethum, corianiſum, fœniculum, &c. γυμνόσπερμα.
  - Arborum nulla ſemine nudo eſt, ſed obducto aut
    - Carne
    - Cruſta vel cute pelliculari ceu glãs & euboicum (id eſt iuglans.)
    - Lignoſa, ceu amygdala & nux (auellana ſcilicet.

Congesta atq; promiscua, ἀθρόα μετʼ ἀλλήλων. Et horum quædam

Putamine aliquo communi aut tunica continentur, vt punicæ, mali, piri, vitis, fici.

Nullo communi (tegmine) includuntur: vt ex annuis spicata, nisi quis spicam ipsam ambiens quoddam esse putârit. Quod si ita sit, racemus quoq; in se habebit, & reliqua quæ racemata æduntur, quæq; vniuersa ob fertilitatem virtutemq; soli prodeunt: quemadmodum in Syria & alibi oleas fructificare affirmant.

Discreta atq; distantia (διεστῶτα καὶ σχεδὸν:) vt cucurbitæ, cucumeris: & inter arbores, fici, mali. (Sed ficum & malum inter ea etiam numerat quæ congesta aliquo communi tegmine continentur.) ¶ Plinius videtur pro hac diuisione hæc verba posuisse: Quædam inter se densa, vt vuæ, sorba: quæ ramos circundata ex omni parte vuarum modo degrauant. Alia rara, vt in persicis. Quædam aluo continentur, vt granata.

Dependent alia congesta

Pediculo vno & singulari, vt de racemis spicisq;

ſpiciſq; diximus (vuæ omnes in ſcapo vno,&c. grana in vna ſpica.)

Secus, vt grana punici, vbi vnumquodq; ſemen ſeorſim acceptum, principium annexus propriũ habere videtur. In ficubus id minus euidens eſt, quòd earum grana nimio humore conculcentur: Qui quidem humor in eis vnus granis omnibus communis eſt: in punicis verò ſu⁹ cuiq; grano peculiaris humor inhæret.

¶ Plinius hunc locum, ita voluiſſe reddere (aut ſaltem imitari) videtur. Dependent alia pediculis, vt pira. Alia racemis, vt vuæ, palmæ. Alia & pediculis & racemis, vt ederæ, ſambuci. Alia ramo adhærent, vt in lauro. Quædã vtroq; modo, vt oliuæ: nam & breues pediculi & longi. Hæc ille. Sed prẹter Theophraſti ſententiam: fructuum enim hæc potius quàm ſeminum diſtinctio eſt.

¶ Differentiæ ſecundum figuras totaſque formás omnibus ferè exploratæ habentur, vt explanatione nõ egeát. Vnũ hoc dicemus, quod fructus nullus rectilineus, neq; angularis.

13. Arbores differunt floribus. Sunt autem alij. Cap.21.lib.1. E 3

Lanuginei, χνοώδεις: vt vitis, mori, ederæ.
Foliati, φυλλώδεις: vt amygdalæ, mali, piri, pruni.
Grandes ſatis, (vt cucurbitis.)
Puſilli, vt oleaginei, quanquam foliati.
Vnicolores Bicolores.
¶ Arborum quidem flores pleriq; vnicolores & candidi ſunt, punicæ tantùm phœniceus, & amygdalis quibuſdam rubicundi. Ex vrbanis alia nulla bicolor: & ſi quæ ſit, ſylueſtris fuerit, vt abies, cui flos croceus. ¶ Annorum flores pleriq; bicolores exeunt, & duplices, (διανθῆ.) Duplices dico, quòd in flore alterum florem inſidentem mediũ gerunt, vt roſa, viola nigra, lilium.
Nonnulli folio vno emergunt (μονόφυλλα,) deſcriptionem tantùm plurium oſtendentes, vt flos iaſionæ, &c. Oleæ quoq; flos penè talis eſt.
Copioſus & creber eſt punicæ, & amplitudinem ſui quodammodo poni æmulatur.
Plantarum congenerum aliæ
Florent, vt palma mas.
Non florent, vt palma fœmina, quæ protinus fructum promit.
Simplices & ſteriles, ceu

Cucu-

Cucumerum, qui postremis sarmentorũ emergunt.

Mali medicæ, illi qui velut colum quandam in medio non habent.

Genus etiam vitis quoddam & punicæ, fructum perficere nequit, sed ad florem vsq; generatio tantùm peruenit.

Differentes situ, nam alia, cap. 22.

Florem circa fructum ipsum producunt, vt vitis, olea: cuius postremi flosculi perforati spectantur.

Complura fructũ in medio floris tenent.

Super fructum ipsum florem insidentem emittunt, vt punica, mâlus, amerina, prunus, myrtus. Et in fruticum genere rosa, maiorq; pars coronariarum: semen enim sub floribus habent, quòd potissimum in rosa conspicitur.

Simili modo & herbaceorum nonnulla, vt gith, (anthemion.) Et in olerum genere pepo, cucurbita, cucumis. Omnibus enim flos in postremo fructus, & crescentibus fructibus flos diu infixus seruatur.

Cum seminibus ipsis flores ædunt, vt acorus, cnicum. & omnia quæ florem folio numeroso producunt. (πάντα τὰ ἀνθώδη.) Singulis enim seminibus singulos flores annexos gerunt.

Peculiari quodam modo florem in totis fructibus habent, neq; poſtremis inſidentem, neq; in ſingulas partes ambientem, ſed in medijs inculcatum, niſi fortè concerni nequeat propter lanuginem: ceu edera, morus.

14. Arbores differunt fructibus, quos gignunt, aliæ ex

Surculis

Nouellis, vt ficus & vitis.

Annotinis, vt olea, punica, mâlus, amygdala, pyrus, myrtus, omnesq; ferè ſimiles.

Vtriſq;, vt mali biferæ, & ſi quæ alia bis fructificat.

Caudice, vt morus Ægyptia: quam tamen alij ex grandibus ramis fructificare aiunt.

Grandibus ramis, vt ſiliqua arbor, quæ ficus Ægyptias producit.

Cacuminibus, ἀκρόκαρπα: plura ex alijs quàm ex arboribus, vt

Frumentorum quę ſpicā pariunt.

Fruticū, erica, piræa, amerina.

Olerum, quibus radix capitata.

Lateribus, πλαγιόκαρπα.

Parte vtraq;, tam arborum quædam, vt olea

olea aliquando, quod copiæ indicium esse fertur: quàm olerum, blitum, attriplex, brassica. Palma etiam fructũ quodammodo cacumine gignit, vt & folia & germina.

¶Fructuum differentias secundum odores, sapores, & consistentiam: quære supra, vbi inter partes similares primas de humore diximus.

Finis diuisionum in primum Theophrasti librũ, de historia plantarum, anno 1552.

TABVLA DE FRVCTIBVS ARborum, *ex Plinij lib. 15. cap. 24. potißimùm:*

Fructus arborum aut sunt foris
Carnosi, vt
Poma in genere dicta, (ὀπώρα.)
Mâla tum reliqua, tum cotonea per excellentiam μῆλα dicta: & in alijs generibus, persicum, medicum siue citreum & punicum: cuius tamen non caro sed acini, nec foris, sed intus, edendo, sicut & citrei, nõ quod foris est, sed pars interior succo &

carne conſtans, edi ſolet,&c. Cotoneorum alia mâlis,alia piris propiora ſunt.

Pira,pruna,è quorum genere & Armeniaca ſunt.

Meſpila,ſorba fructus Perſeæ.

Ficus communis,Cypria, Ægyptia(an ad Mora?)Palmulæ & muza dicta.

Myxa(& Sebeſten.)

Aliud corpus eſt terreſtribus fragis,aliud congeneri eorum Vnedoni.

Ceraſa medio inter baccas acinosque genere.

Mora

Arborũ, cõmunia. (An alia Ægyptia?)

Ruborum,communis,chamæbati,Idæi duplicis.

Acini,vt vuarum,ederæ,ſambuci,(Ribes vulgò dicti,&c.) Punici mali acini ſoli & interius ſunt & anguloſi:nec cutis vlla ſingulis, præter communem, quæ eſt candida, totisque ſuccus & caro eſt, ijs præcipuè quibus paululum ineſt ligni.

Baccæ,vt oliuæ,lauri,corni, myrti, lentiſci.Aquifolij quidem & ſpinæ(albæ nimirum hodie cognominatæ) ſine ſucco. ¶Baccæ & acini quid differãt

non

non satis explicauit Plinius: sed videntur acini complures simul iungi, minores plerunq; & succulenti: baccæ pauciores & ficciores ferè, &c. Germanica lingua discrimen non habet. De baccis vide plura apud Plin. lib. 15. cap. 28.

Medio inter baccas acinosq; genere, pomis adnumerauimus. ¶ Taxi fructus sui generis est. ¶ Frutices pleriq; acinos ferunt, pauci fortè baccas.

Duri, & ceu crusta operti, testâue.

Nuces

Iuglandes

Auellanæ (Pistacia.)

(Balanus, Myrepsica.) nux muscata vel myristica, simili iuglādiū, operimēto.

Amygdalę, tenuiore sed simili iuglandium summo operimento secundo putaminis (ligni scilicet.) Nucleus dissimilis latitudine & acriore callo. ¶ Persicum fortè inter poma nucesq; ambigere dixeris.

Nuces pini aliarumq; coniferarum: & oxyę vulgo fagi: Nux cupressi, piceę, pinastri, piceastri, &c. coni potius quàm nuces dici debent.

¶ Hæc verè ostracodermis animalium conferri possunt, ob testam duriorem. ¶ Nux Indica, Nux vomica.

Glandes: quarũ minus dura est crusta, ceu malacostracis animalium. Glandi ferarum arborum diuersæ sunt species, vt quercus, robur, escul⁹, cerrus, suber, ilex, fagus veterum Græcorum.

Nuces vocamus & castaneas, quanquã accommodatiores glandium generi. Armatum echinato calyce vallũ, quod inchoatum in glandibus, Plinius.

Balanus cognomine myrepsica, inter nuces est.

¶ A nucum natura haud procul abesse videtur & prædulces siliquæ, nisi quod in ijs cortex ipse manditur, Plinius. vulgò S. Iohannis panem vocant. Huc & siliqua Ægyptia vel atra quibusdam cognominata cassia hodie medicis, pertinet. Arbores quidem tam paucæ siliquas gerunt, de vna & altera tantùm Theophrastus ac Plinius id prodiderunt, nempe Colutea, ni fallor: sed Anagyris quoque & laburnum siliquas habent: & Acacia. Sicut & in pappos abire fructum, soli arborum coggygriæ Theophrastus: quod tamen in vite syluestri & in cotino nos obseruauimus.

TABVLA DE IIS QVAE E RObore enascuntur, ex lib. 9. Theophrasti hist. Cap. 8. & 9.

Robur, δρῦς, arborum omnium præter fructum suum alia plurima gignit, vt

Gallam

Paruulam, (& læuem)

Resinosam aliam & nigram.

¶ Galla deterrima ex robore: signum eius quòd cauernæ translucent, Plinius.

Mori specie quiddam durũ & fractu difficile, id tamen rarum.

Αἰδοιώδης, id est, effigie colis quiddam, quod cũ perficitur, durũ quid parte eminente & perforatũ, & tauri caput quodammodo æmulans profert: id perruptum nuclei oleæ speciem initium ostendit.

Pilum, πῖλον. Hic pilula est lanacea, σφαιρίον ἐριῶδες, Plinius videtur legisse καρυῶδες. Mollis, sed nucleo (πειπυρηνίῳ) durior, qua in lucernarum luminibus vtuntur. Flagrant enim probe, vt galla nigra. (Nascuntur in eo & pilulæ nucibus non absimiles, intus ha-

bentes flocculos molles, lucernarũ luminibus aptos: nam & sine oleo flagrat, sicuti galla nigra, Plin.)

¶ Pilulam comigerá, cætera inutilem, verno autem tempore succo melligeno inficientem tum tactu tum gustatu.

Pilulam aliam in ramorum alis sine pediculo, concauoq; sessilem, peculiarem, versicoloremq;. Nam eminentes quosdam vmbilicos candicantes, vel passim variantes nigris maculis habet: partem mediam cocci tinctura infectam splendidamque ostendit. Aperta, nigra & putricans cernitur. (Φύει δ᾽ ἐντεριώνης τῶν ῥοπῶν μασχαλίδας ἕτερον σφαιρίον ἄμισχον καὶ κοιλόμισχον.) Gignunt & alæ ramorum eius pilulas, corpore non pediculo adhærentes, candicantes vmbilicis: cætera nigra varietate dispersa. Media cocci colorem habent. Apertis amara inanitas est, Plin.

Pilulam è folijs cõuolutam, compressam atq; oblongam.

Pilulã super folijs tergo adhærentẽ, candicantem, translucidam & aquosam dum tenera est. Hæc etiam muscas interdum intus continet, veniensq; ad incremen tum

tum iustum, in modum læuis paruulæ gallæ indurescit. Sed hæc rarenter adnascitur. (Et in folio rubente aquosos nucleos candicantes, &c Plin.)

¶Pilulę diuersę(σφαιρία)quinq; generũ & cachrys sexta. Sed & cætera omnia (pręter lapillum fortè)pilulę dici posse videntur à figura.

Lapillum, pumiceũ ferè, (κισσηρoειδῆ) sed raró. (Aliquãdo & pumicos gignit, Plinius.)

Horũ quædam Gaza obscurius transtulerat. Transtulit & Pli.16.7.sed quædã omisit:in quibusdam differt, vt annotauimus.

Ferunt robora & cachryn, (quæ postquã folia decidêre, hyeme durat in platano quoq;, nuce, tilia, picea, larice, abiete.) Est autẽ pilula in medicina vrendi vim habens, &c. Plin. An cachrys etiam flos quercuum?

Fungi è radicibus & iuxta radices.

Viscum. Sed hæc duo, fungi & viscum, cũ alijs etiã arborib. cõmunia habẽt, Theo.

Item mel & apes teste Hesiodo. Nascitur aũt hic melleus humor cœlo cadẽs, nec alijs magis insidet frondibus, Theoph. Videtúr aũt drosomeli, id est, mannam intelligere.

DE COLLECTIONE STIRPIVM IN GENERE.

De colligendis ſtirpibus ex præfatione Dioſcoridis.



NTE omnia curandum eſt, vt tempeſtiuè legantur & ſeruentur omnia. Ex hac ſiquidem obſeruatione efficacia ſunt aut euaneſcunt medicamenta omnia. Serena itaque tempeſtate colligi debent. Refert enim magnopere ne à ſiccitate aut imbribus legantur: & vt è montanis, ventoſis, frigidis, nec vliginoſis locis, potius quàm contrarijs petantur. Nam quæ in campeſtribus, vliginoſis, vmbroſis nec vento perflatis proueniunt, plerunque ignauiora ſunt: Multóq; magis quę non ſua tempeſtate & importunè lecta fuerint, aut infirmitate diſtabuerint. Nec ignorandum illud etiam, ſæpenumero hæc ipſa loci proprietate & anni temperamento, ocyus aut ſerius in integram ætatem abſolui.

EX EPISTOLA HIPPOCRATIS *ad Cratenam.*

Tu quo ad fieri poteſt, nobis montanas maximè & in altis collibus naſcentes herbas radicitus reſeca. Sunt enim aquoſioribus ſolidiores & acriores, propter terrę denſitatem & aëris tenuitatem. Nam quod attrahunt frigidius eſt. Conare tamen vt etiam de his quæ circa ſtagna naſcuntur, & de paluſtribus, fluuiatilibus aut fontanis, flores colligas: quas ſanè debiles, & exolutas, ac dulcis ſucci eſſe ſcio.

Et inferius, Sed & herbis multa reptilia venenum immittunt, & hiatu ſuo internæ ipſarum teneritudini adflictionem pro auxilio inſpirant. id quod latet, niſi ſanè nota aliqua aut macula, aut odor ferus & grauis, rei factæ indicationem fecerit.

DE COLLIGENDIS HERBIS, EX *lib. 1. pharmaco. Iac. Syluij.*

Ex herbis plurimæ ſolùm virides in vſum recipiuntur, dum hæ vel harum ſucci in ſyrupos coquuntur, & in apozemata, clyſteres, fotus, cataplaſmata, & alia id genus, in quos vſus poſtremos quouis tempore leguntur. In ſyrupos autem, vel formam aliam toto anno ſeruandá, ſunt legendæ quando ſunt efficaciſsimæ, cum ſcilicet florent, aut

aut etiam semine iam plenæ sunt, vt fumaria, calaminthe, & aliæ ex sequentibus in syrupos vel alia composita diu seruanda recipi solitæ. Nam fumariam florentem veris initio, semine autem plenam veris fine legit Mesues.

Quòd si herbæ nec caulem, nec florem nec semem edunt, vt adiantum omne, asplenium, legantur in foliorum vigore: quando scilicet maxima & virentissima sunt.

Quædam dum florent aut sementescunt quia lignosæ sunt & exuccæ, ante id tempus in vsum trahuntur, vt beta, brassica, cichorium, chondrilla, eupatorium, lapatha, plantagines, verbascum, verbenaca.

In quo virium vigore etiam sunt colligendæ quæ siccantur, & in vsus medicorum varios anno etiam toto seruantur, vt absinthium omne, adiantum omne nobis (quibus enim abundat, virens & vigens vsurpatur) anethi coma, betonica, carduus benedictus, cichorium, centaurium paruum, calaminthe, menta, chamædrys, chamæpitys, eupatorium, eufragia, fumaria, hyssopi coma, marrubium, maiorana, origanum, polium, pulegium, ruta, rosmaris, saluia, (licet hæ duæ etiam sine floribus sint efficaces) scordium, splenium, thymum, thymbra,

verbascum. Aut saltem cum vigent folia magnitudine, odore, colore, præsertim quæ ca cumini sunt propiora.

Absinthium vere legit Mesues ad succum & aquam inde stillandam, flores eiusdem æstatis initio, hic autem æstatis fine vel etiam autumno. Eupatorium quoq; legitur & ex eo succus exprimitur in fine veris, Me suæ. Siccantur autem in vmbra magis, nisi quæ sunt caule crassiore, aut folio humidiore, & ob id apto putrescere. Vbi probè sunt siccatæ reponuntur, vt radices, sed minus diu seruari possunt, ob id quotannis mutandæ, Hæc Syluius.

De herbis colligendis, siccandis, & reponendis ex Matthioli commentarijs in præfatione Dioscoridis de materia medica.

Demetendi tempus, recondendi locus, perdurandi terminus obseruandus est, tum in stirpium, tum etiam animalium partibus, vt in hirci sanguine, lupi iocinere, intestino, ac etiam stercore, vulpis pulmone, apri vesica, anguium senecta, alijsque consimilibus. Assumantur igitur hæc omnia eo demum anni tempore, quo magis suis viribus sunt præ

ditæ.

ditæ, nullo planè modo neglecto temporum ratione, quibus singula decerpi postulant. Neq; enim damnandi sunt, qui in quibusdam plantis colligendis quædam decreta tempora, nonnullosq; errantium syderũ aspectus obseruant: quippe quod apud graues auctores scriptum inuenerint, pœoniæ radices contra comitiales non esse euellandas, nisi decrescente luna. Quæ quidem opinio non prorsus reprobanda videtur, nec ad ineptas incantationum, aliarumque vanitatum, quas stultè (vt ait Galenus) prodidit Pamphilus, comparanda. Nam cum inferiora terrestria à superibus cœlestibus gubernentur, & regantur, fieri maximè potest, vt luna, vt quæ cæteris errantibus sideribus est nobis magis proxima, motuque velocissima, maximam cum plantis omnibus, ac rebus quibusuis alijs habeat rationem, tum cùm augetur, tùm etiam cum minuitur singulis mensibus. Quamobrem non temerè à Galeno proditum est, alyssum herbam tantùm Sirio ardente ad canum rabiosorum morsus esse euellendam, sicuti etiam fluuiatiles, cancros ad idem peridoneos. Quo etiam tempore captamus scorpiones, atque anchusa radice constat sanguineo succo madente. Quemadmodum & stirpes,

quibus facultas excalfaciens insit, perpetuò in locis calidis ac siccis demetere conuenit. Quocirca Hippocrates ad Crateuam scribens: Adnitere inquit, quantum potes, vt nobis montanas maximè, & in altis collibus nascentes herbas à radicibus reseces: quandoquidem hæ firmiores, atque acriores sunt ijs, quæ aquosioribus nascuntur locis: idque quod in montibus terra sit densior, & aër tenuior, nam quod attrahunt, frigidius est. Quin etiam dabis operam, vt flores ex his herbis etiamnum decerpas, quæ circa stagnantes aquas, paludes, fluuios & fontes prodeunt, quas sanè debiles & exolutas, ac dulcis succi esse scio. Hæc Hippocrates.

Herbæ similiter atque radices, legendæ sunt, siccandæ ac asseruandæ, his tamen demptis, quæ tum in medicinæ vsu, tum in cibis, tum etiam in obsoniorũ condimentis quotidie virentes vsurpantur, veluti lactuca, intubus tam domestica, quàm agrestis (cichorium appellant) portulaca, buglossum, beta, atriplex, blitum, brassica, viola nigra, malua, helxine, linozostis, ocimum, apium, hyosciamus, sedum, plantago, asparagus, acanthus, & aliæ complures. Atq; non solùm refrigerantibus herbis, verum etiam excalfa-

cienti-

cientibus recentibus vtimur: plerumque e-
nim ex calida potestate præditis, virides sic-
cis præponimus, præsertim vbi minus cal-
facere sit opus: siquidem humor in virenti-
bus exuberans earum calorificam faculta-
tem haud parum demulcet. Cuius quidem
classis habentur, amaracus, eruca, nasturci-
um, menta, absinthium, thymus, satureia, ru-
ta, calamintha, sisymbrium, pulegium, abro-
tonum, & id genus permulta.

Sunt præterea & alia, quæ demetiri ex-
petunt, cum primum floribus ornantur, vt
centauriũ minus, viola purpurea, origanũ,
symphytũ petræum, pulegiũ, serpyllum, a-
mararacus, polium, thymus, chamedrys, cha
mæpithys, anthemis, chrysanthemum, stoe
chas, hyssopum, fumaria, aliæq; consimiles
plantę, quas ne longior, quã par sit, esse vide
ar, ex industria prætereo. Hæc igitur omnia
serena cœli constitutione, non nubibus, non
imbribus infestis imprimis colligantur o-
portet. Deinde terra expurgata, atque alijs
aduentitijs excrementis amotis diligenter
in vmbra siccentur. Nisi ex eo genere habeã
tur, quæ caulis crassitudine, vt in acantho:
vel foliorum lentore, crassitie, & humoris
exuberantia, vt in portulaca, & crithamo, o-
mnino insolari expetant, quandoquidem si

eiusmodi herbæ in vmbra siccandæ reponantur, dubio procul situ obducentur, & putrescent. Cæterum vt rectè exiccatę fuerint, decusso puluere, in sacculis ex corio, vel ligneis capsulis, recondantur, ac diligenter claudantur, ne earum vires euanescant. Qua in re errant seplasiariorum pleriq;, qui herbas iam siccatas in fasciculos digerentes ad officinaria laquearia sųspendunt, vbi non solùm breui viribus destituuntur, aëris ambientis exuctione, ac ventorum perflatu, sed etiam puluere, & aranearum telis obsidun-tur, quin etiam muscarum stercore, quę illis die noctuq; insident, labefactatæ nigricant. Neque verò planè laudibus efferendi sunt ij, qui in linteis sacculis, ipsisque textura admodum raris eas trabibus appendere consueuerunt: quippe ęstiuus aër in ipsos penetrans, quicquid boni inest, absumit & abolet, quin etiam puluere obsitæ corrumpuntur, & contabescunt. Idcirco vt tam herbæ, quam radices suas integras asseruent facultates, nihil quidē pręstantius, quá eas capsulis tiliaceis, vel piceis, vel fictilibus, diligenter clausis ręponere, vt docet Hipp. ad Crateuam his verbis scribens. Omnia medicamenta, quæ succi & liquoris fluidi sunt, in vitreis vasis ferantur: quæ verò folia, aut flores,

res,

res aut radices sunt in fictilibus nouis probè obturatis, vt ne ventis perflata, medicamenti vigorem, veluti in animi deliquium collapsa, amittant. Quod si Hippocrates in recentibus obseruandum pręcipit, id maximè in siccis fieri operæprecium erit. Hactenus Matthiolus.

Sunt quæ in mensis alicuius initio aut fine potissimum florent aut fructificant, quæ nos tamen in tabulis duodecim mensium simpliciter enumerauimus. Itaq; cogitandum est non rarò fieri vt quæ in mensis alicuius initio florere solent, circa finem aut medium etiam mensis præcedentis appareant: & rursus vt quædam à præcedentis mensis siue ad principium aut medium sequentis differantur.

Pulmonaria tota æstate in quercu arbore & saxosis locis inuenitur.

Succus ex herbis colligēdus in noua caulium productione, eodemq; modo ex folijs: liquores lachrymæque sectis integra ætate caulibus excipiendi, Diosco.

DE FLORVM COLLECTIONE *& repositione ex eodem Matthiolo.*

Flores non secus atque reliquarum plan-

tarum partes,eo tempore colligendi sunt, quo magis suo in vigore consistunt,non autem cum iam flaccescentes decidui euanescunt. At capparum flores muria asseruandi antea quàm se explicent,decerpuntur:rosarum verò cum non planè exciccati visuntur:cæteri deinde cum omnino expansis folijs patent. Verùm cum maiori ex parte omnes flores ferè sint herbis fragiliores, molliores & tenuiores,idcirco tantum abest, vt in sole siccandi sint,vt ne quidem in vmbra, si calida vel eminentia fuerint loca: quippe, vt solis feruore, sic & aeris calore nimio exoluuntur. Siccentur igitur in locis temperatis,quo tempore sæpius reuoluantur , ne situm contrahant,adhibita etiam cura,ne sicci natiuum colorem perdant, quandoquidē certum est flores,qui inter siccandum à proprio colore degenerant,nullius esse in medicina vsus. Siccantur autem probè vbi substratis linteaminibus sparguntur , & ijsdem lenibus operiuntur. Flores itaque in vniuersum sicci ad annum duntaxat edurant, etsi anthemidis,centaurij,chrysanthemi,millefolij,spartij, & rosarum flores etiam longiori asseruentur tempore, si ligneis arculis optimè inclusi diligenter recondantur. Matth.

De floribus legendis ex Syluio.

Flores

Fores legantur cùm maximè vigent, cœlo fereno, vt capparis in gemma, rofa expandi cœpta legatur : reliqui ferè aperti, fed haud ita pridem : & ex quibus vis nondum exhalauit, nec folia tenuentur, & fint decidua.

Siccantur fole vel aëre calido, magis, minus, pro varia ipforum natura, quidam ficcandos volũt donec ex ponderibus decem vnicum fuperfit, minus autem ex montanis floribus quàm ex campeftribus minuitur, Syluius.

Flores legi debent priufquam decidant, Diofcorides.

De differentia florum ratione temporum anni, locorum, &c.

Plantæ plerunque pro peculiari aut loci, aut anni clementia maturius nunc, nunc verò ferius, vt adolefcunt, ita etiam florent: fic in Germania omnia vno aut altero menfe tardius florere, quàm Neapoli, aut alijs locis calidioribus videmus. Sic ex Fuchfij monumentis Geranij fpeciem primam, quam acum mufcatam appellari vulgò ait, Aprili menfe florere : in agro tamen Neapolitano ineunte Martio, fingulis annis eandem florentem obferuauit Maranta.

Anni etiam conſtitutio eandem rebus afſert diuerſitatem : Sic braſsicas menſe Decembri caules edidiſſe vidit idem Maranta, ac in flores erupiſſe : cùm vt plurimum vix Februario florere incipiant.

Quædam per hyemem flores & folia proferre ſolent: quædam bis per annum etiam florere, Dioſcor.

Anni parte maiore florent multa quæ coluntur, hoc eſt verè, æſtate & autumno, & quædam incluſa etiam hyeme, vt Caryophylli, leucoia, violæ daſypodes.

Menſes omnes videntur aliquas in ipſis florentes proprias habere, excepto Octobre: & hyemalibus, Nouembre, Decembre, Ianuario & Februario, ſi tamen Februarius in alijs Germaniæ partibus mitior ſit quàm Heluetię noſtræ, proprios ei flores dixerim leucoij bulboſi, tuſsilaginis, thymelææ maioris quàm zylandt dicimus, quòd Februario florere incipiant licet in Martium extendantur.

Calendula & bellis minor locis calidioribus, toto fermè anno florentes inueniuntur.

Sunt quæ vno tamen menſe florent.

Alia non vno aut altero menſe tantùm, ſed diutius, vt pentaphyllum, rhododaphne pu-

ne pumila siue herbacea.

Ocimoides, capsicum, bursam pastoris hyems superueniens diutius florere prohibet.

Quæ apud authores æstate florere legimus, aut fructificare, ad mensem Iunium & Iulium apud nos potissimum referemus. Maius enim aliqua ex parte vernæ, vt Augustus autumnalis constitutionis est, hic suo fine, ille principio.

Tota æstate florent.

Anagallides à Maio vsq; in autumnum.

Fraga vere & tota ęstate, inq́ue maximam autumni partem. Hyoscyamus ferè per totam æstatem, præcipuè Iulio.

Phu. Ranunculi secundum & tertium genus apud Fuchsium.

Saxifraga pimpinellæ similis æstate in autumnum vsq; floret.

Sideritis prima Fuchsij, folijs marrubij, Iunio floret vsq; ad autumni finem.

Symphytum magnum.

Autumnus velut alterum quoddam ver est, & multæ in eo florent, sed parcius incertiusq́ue, quæ vere copiosius non solum herbæ, sed etiam arbores apud nos aliquando: hæc dum scriberet Gesnerus anno 1553. initio Octobris pyri arboris flores ad eum al-

lati fuerunt,vt ipſemet ſcheda manu ſua ſcri
pta,teſtatus eſt.

De florum differentia,ob cultum.

1 Anno 1556,cùm apparuiſſet cometa,ver fuit ſatis calidum , & flores pleriq; duabus aut tribus ſeptimanis præuenerunt.

2 Stirpes vetuſtiores,quæ in locis ſubterraneis, aut cellis vinarijs,aut alioquin locis tepidioribus aut hortis per hyemẽ ſeruantur,multò citius flores edunt, quàm recens & modò ſatæ plantæ.

3 Flores multiplices, gefüllte Blůmen,an & prius incipiunt flores emittere & durant diutius in ſuo genere ? & hortenſia multa quàm ſylueſtria prius diutiuſq; ob alimenti copiam,ſi frigus & vmbra, & loci natura nõ prohibeat.

4 Nota,Quædam anno primo non florere,vt oluſatrum, fœniculum noſtrum: nam dulce floret primo.

5 Quæ primo anno florent,eodẽ pereũt.

6 Herbæ floribus multiplicibus, gefüllte Blůmen,plerunq; ſteriles.

7 Herbæ aliquæ abſciſſę,vel aliter læſę,denuò poſtea creſcunt & florent, ſed tardius.

8 An vbi in eodem genere albi,& aliorum colorum flores ſunt,albi præueniunt?in roſis,ca-

ſis, caryophyllis, cyano, aquileia, ocimoide. &c,

9 Quę feruntur, alia prius, alia tardius florent, prout vel autumno vel verno, vel veris initio aut fine aut etiã æſtate ſata fuerint.

Eorum quæ in hortis quotannis ſeruntur, vel citius vel tardius, maior ex eo ipſo varietas eſt: & præſtat ſcire quoto tempore à ſatione eorum vnumquodque floreat aut ſemen ferat. Cnicum Nouembri florere vidi, erucam etiam, naſturtium, fœniculum, ſed rara.

10 Multum refert in vaſis, vel in areis plantari: hæc ferè proceriora fiunt, vel citius florent. In vaſis tutiora ſunt ab animalculis infeſtis.

De nonnullis, quæ florent, ſemen verò non gignunt.

Sunt ex plantis quædam, quæ florent quidem, ſemen verò non proferunt, vt omnes ferè ſtirpes, quæ florem multiplicem emittunt, Chamęleuce quibuſdam dicta, Arthritica, Viola Martia daſypus, Sambucus aquatica, Ranunculus, Ceraſi genus vt ſequitur: quoniam vis omnis conſumitur in florem. Aquileia tamen, Calendula, & paucæ aliæ, ſemen ferunt.

Acer maius apud nos, ahorn: cuius generis arbores quædam etiam florem non ædunt.

Cerasi genus in syluis prope Scaphusiam vt audio flore magno, multiplici. Gfüllte wilde kriesc.

Erica. Heid.

Fraxinus in quibusdam locis.

Arbuscula quædam innominata in ripis fluuiorũ quorundam, (Elzbeebre) odore nucleorum, persici ferè in folijs & cortice.

Pseudamomum sæpè apud nos. Nam in Gallia & Italia fructum maturat, vbi in hortis colitur. Nascitur apud nos sponte circa ripas & alibi, folijs vt ribes vulgaris frutex, quem etiam magnitudine ferè æquat. Pseudamomum autem esse, non piperis genus, vt quidam putant, ex veterum descriptione conijcio.

Salicem Homerus oleficarpon à sterilitate nominauit. In syluestri tamen latifolio genere pappos à flore auolantes loco seminis esse Tragus obseruauit.

Tamarix.

Thymus, cui flos pro semine.

Tilia syluestris.

Viola dasypus, gfülte viõnle.

Quæ ſemen fructúmue ædant flore non antegreſſo(aut nucamento floris loco)nulla aut quàm pauciſſima ſunt, vt mali quædā apud nos(vt audio) & filix fortè. Omnino quæ nec florem nec ſemen (aut ſemen non manifeſtum) gerunt, toto anno virent pleraq;,nimirum quod ſuccus plantæ natiuus non conſumatur in ſemen:quæ verò ſemine abundant,vt ferulacea,& quæcunq; vmbellas gerunt in herbarum cenſu , hyeme ferè omnia intereunt, vbi ſemel fructum copioſè protulerint:quòd quædam primo ſtatim anno faciunt: alia in ſecundum aut tertium annum caulis germinationem & fructificationem differunt, vt in angelica noſtra obſeruatum eſt.

Sabina apud nos alicubi nec florem nec fructum oſtendit.

DE SEMINVM COLlectione.

Semina cùm ſiccari inceperint, legi debent antequam delabantur,Dioſcorides.

Semina deligantur matura omnia, benè habita, plena & corpulenta, & quæ naturæ ſuæ vires proprias habeant efficaciſsimas, & odorem,ſaporem , colorem, ſui generis

perfectiſsimum, ſi odoris, ſaporis eſt particeps. Sint præterea recentia, aut his proxima. Quæ enim diutiſsimè fuerunt repoſita ſemina, & alia, vires habent imbecilliores. Syluius.

De ſeminum collectione & repoſitione ex Matthiolo.

Non minori ſtudio colligenda ſunt ſemina tam ea, quæ ſuis in ſtirpibus nuda innaſcuntur, vt lithoſpermi, fœniculi, anethi, & cari: vel vaſculis, aut capitulis incluſa, vt papaueris, nymphææ, melanthij, hyoſcyami, & ocimoidis: aut ſiliquis tecta, vt fabæ, ciceris, phaſioli, dolichi, & lupini: aut corniculis recondita, vt fœnigræci, ſertulæ Campanæ, ſinapis & erucæ: aut varijs inuolucris contenta, quàm ea quæ circa medullam quorundam fructuum intus conduntur, quale eſt mali medici ſemen, aurantij, limonis, pyrorum, cydoniorum malorum, peponum & melopeponum, cucurbitæ & cucumeris. Veruntamen hæc aſſumere oportet, cùm fructus, à quibus eximuntur, ſuam maturitatem planè ſenſerint: illa verò vbi herbæ iam ſiccæ, non amplius virent. Et quamuis multa reperiantur ſemina, quæ ad annum vltrà ſuas aſſeruent vires, ea tamen quotannis

annis renouare satius ac tutius erit, siquidē pauca sunt, quæ inueterata rancorem non redoleant: quo fit vt calorem nanciscantur extraneum, & sibi non cōgenitum. Vbi igitur sicca fuerint semina arculis ligneis reponantur in locis siccis: facilè enim cōtrahunt locorum humores. Hæc Matthiol.

Quæcunque fruticosa (ἐρνώδη) sunt, qualis stichas est, trixago, polium, abrotonum, absinthium, seriphium absinthium, hyssopus, aliaq; his similia suis seminibus prægnantia legi oportet, Dioscor.

DE COLLECTIONE ET CONSERUATIONE *fructuum ex Matthiol.*

Cæterum fructus, quemadmodum pruna, serica, myrti baccæ, cydonia mala, cerasa quæ vulgò marascas vocant, corna, sorba, ficus, punica mala, & alia id genus, quæ in medicinæ vsum reponuntur, operæpretiū est, vt maturi ex arboribus decerpantur: quanquam sorba, vt siccentur, immaturá decerpere conueniat. At animaduertendum est, quod vbi astrictione, & repressione fit opus, fructus astringentes vt paululū potius immaturi, quàm secus, demetantur oportet. Porrò iuglandes, amygdalæ, pistacia, nuclei pinei, & auellanæ non prius ex arboribus

excutiantur, quàm planè vltimum maturitatis gradum senserint. Id autem rectè cognoscitur, cùm extima inuolucra sponte sua dehiscunt, & arbore concussa vnà cum fructibus decidunt, alioquin insolatu contrahuntur & siderantur. Ex his igitur, qui sicca ti asseruantur, capsulis ligneis potius, quàm saccis recondantur, ne extraneos humores concipiant. Qui verò per annum recentes reponuntur, aut maiori ex anni parte perdurant, in locis siccis, minimè asperginem redolentibus appendantur, vt assoletde vuis, pyris, malis cydonijs & punicis: aut super paleas expandantur, vt fit cum malis, sorbis ac mespilis: aut hordeo vel milio sepeliantur, quemadmodum medica, & aurantia mala, Matthio.

Fructus legi debent, inquit Dioscorides, maturi.

Lentiscum arborem quæ mastiché fert, & triplici fructu tria tempora monstrat arandi, Germania ignorat.

Malus medica regionibus calidis per totum ferè annum, si cura adhibeatur, floret atq; fructificat. Citronen / limonen / vnd pomarantzen.

Seminibus & fructibus omninò carent apud nos December, Ianuarius, Februarius & Mar-

& Martius. Aprilis paucissima nec solita colligi (vt hepaticæ terrestris & cyclamini fortassis) profert.

DE RADICIBVS COL- *ligendis.*

Radices quas seruari oporteat, radicumque succos, & cortices, incipiente in plantis illis foliorum defluuio erui, excipi & auferri oportet: & per se puras locis sine humore, vt erunt, siccari: lutosas verò aqua prius lauari, Dioscor.

Et paulò antè, Sciendum ex herbarum medicamentis durare ad multos annos solum candidum & nigrum veratrum, reliqua ad triennium tantùm habere vsum.

De collectione radicum ex Syluio.

Radices omnes incipiente foliorum defluuio legendas, & cœlo sereno, censuit Dioscorides, cui in quibusdam Galênus & Auicenna & Mesues consentiunt, in alijs diuersa sentiunt. Sunt contrà quibus placet magis, radices esse legendas priusquam in caulem, folia, florem, fructum, semen, vis plantæ

propè tota erumpat. Defluentibus autem folijs, eas esse fœtis animalibus similes, hoc est, velut semianimes ac multum imbecillas, nisi si quæ tantum habebant virium, vt etiam earum satis retineant arefacto caule, vt scilla quomodo valida animalia etiam fœta adhuc robusta permanent, nisi dicas etiam in illis quæ viua & veteri radice repullulant saliuam vitalem plantæ velut sanguinem per caulem priusquam arescat, in radices, licet non totum, refluere, vt in arboribus fit.

Quouis tempore colligi possunt, quæ hominum cultu & satione crebra in omnem anni partem vegetæ incidunt, quales ferè sunt hortenses, alimentosæ, vt apij vulgaris, buglossi vtriusq;, betæ, lactucæ, intybi, oxalidis, raphani, napi, pastinacæ, sisari, cari, panacis, cepæ, porri, allij: & præter has erraticæ, dauci, gingidij, caucalidis, ari, dracunculi, cyclamini, periclymeni, cotyledonis: nam hæ quinq;, vt bulbosæ quædam aliæ, etiam æstate siccatis folijs, plenæ sunt, & frequenter autumno regerminant, alimenti pinguis & crassi copia.

Quæ verò solius naturæ sponte crescunt, aut semel à nobis tempestiuè seruntur aut plantantur, ferè sunt optimæ solo aut vere,

aut

aut (vt dixi) autumno, paucissimæ æstate aut hyeme.

Quin & hæ quas multis anni partibus communes diximus, sunt præstantiores cùm tempestiuè satæ adoleuerunt & vigent: alijs verò tẽporibus ignauiores, quando vi quadam & holitoris opera & irrigatione coguntur adolescere sub cœlo sibi parum propitio, quale æstiuum est ac autumnale & hyemale.

Sic vère ipso quando primùm germinare incipiunt, nobis leguntur in annum inula (Augusto, paulò post) althæa, iris, acorus, symphytũ, ruscus, (Ellebori albi radicẽ vere colligit Aëtius) asparagus, petroselinum, apium, fœniculum, bryonia, cyperus, rubia, saxifraga, valeriana, eryngium, tormentilla, pæonia vtraq;, polypodium, gramen, lilium: nisi recentibus aliquando sit opus, sed quæ omnino erunt imbecilliores, quàm si quo tempore recentes colligi debent, in vsum venissent. Hæc omnia Syluius.

Et rursus, Radices autem legendas cũ m folia cadunt, etiam censet Auic. canone 2. & Platearius in Aristolochia: quædam tamen alijs temporibus Saladino leguntur, veris fine, aut æstatis initio, acorus, gentiana: aut mense Augusto, quando etiam spina

alba vulgò bedegar, ruſcus, bryonia, cyperus, iris, enula campana, dictamnꝰ vulgaris, pæonia, glycyrrhiza: vt Septembri peucedanum: Octobri cyclaminus recens & ſiccus efficax: Decembri eryngium, iiſdem leguntur. Hæc ille.

Quo tempore radices eruendæ, & quo pacto ad vſum reponendæ ſint, ex Matthiolo.

Radicum vires, ſicut & aliarum ſtirpium partium, non eodem anni tempore æquè in omnibus reperiri: quandoquidem alia hoc tempore, alia verò illo humore prægnantes deprehenduntur. Tametſi non deſint, qui haudquaquam infirmis rationibus innixi, radices à terra eruendæ aſſerant ſemper autumno, cùm videlicet folia decidunt, & caules cõtabeſcunt: alij verò ineunte vere, priuſquam folia concreſcant: ſiquidem hiſce temporibus radicibus maior vis ineſt, quàm cęteris partibus. Sed vt ingenuè in hac re fatear, quid ſentiam, crediderim ego omninò maiorem ſucci vbertatem inueniri in his qui vere effodiuntur, quippe quòd plantæ nondum caules, folia, neque flores emiſerint,

emiserint, à quibus omnis radicum succus exhauritur. Sed & rationi consonum mihi videtur, autumnales radices omnes, tum paucioris, tum imbecillioris esse succi, quá vernales; quod scilicet pauco ante tempore & caules, & folia, & fructus ediderint. Non tamen inficiari velim, quod quæ vêre legun tur, copiosiore, quàm par sit, humore redun dantes, illoque longè minus concocto eo, qui in autumnalibus habetur, putredini & corruptioni non sint magis obnoxia, præsertimq; si longo asseruentur tempore. Quare à Dioscoride animaduersa, is sanè iussit stirpium radices effodiendas esse, cùm stirpes ipsæ folijs exuuntur. Quod cum varijs anni temporibus eueniat, pro natura diuersarum plantarum, curam impendere oportet, vt suo tempore vnaquæque radix integrè, si fieri poteſt, cum omnibus suis adnatis euellatur, & in ijs locis, atq; sub ea cœli constitutione, quam maximè familiarem habent.

Porrò radices abundè nutritæ sint oportet, ac omni putredine, & labe vacantes: non ita tamen, vt præ nimio alimento ex pingui solo, vbi nascuntur, accepto, debitam & humoris copiam, & corpulentiæ metam excedant, neque vt eiusdem alimenti inopia ina-

nes,& rugosæ reddantur. Quod cum maximè perspexisset Galenus de iridis radicibus disserens libro primo de antidodis: In vniuersum (inquit) ex omni medicinarum genere illæ radices inutiles habentur, quæ inanes sunt & rugosæ. Atque illæ quidem deteriores sunt mediocriter nutritis, & mediocrem magnitudinem nactis, quæ crassitudinis modum excedunt, & plus humoris in se continent, quam illis vsu veniat. Hæc Galenus.

Cæterum vbi radices à terra fuerint exemptæ, primum quidem tandiu aqua clara elui debent, donec omni vndique terra, vel limo penitus abstergantur: mox deradi tum à fibris, tum capillamentis omnibus, quibus vniuersim ferè omnes comantur: postremo siccari eas conuenit omni adhibita cura. Quod si fuerint quales fœniculi, apij, asparagi, rusci, polipodij, rubiæ, intubi & consimilium, in vmbra, vbi orientales venti respirent, diligenter siccentur. At omnino cauendum est, ne sole feriantur: quippe quoniam potior earum pars ab eis procul dubio euanesceret, vtpote raris & tenuibus. Verum enimuerò si ex eis fuerint, quæ natura crassæ sunt, veluti gentianæ, hele-

nij,

nij, mandragoræ, bryoniæ, & id genus aliæ, & aër sit nubilus, & hyems, ne in vmbra situ tabescant, ac proinde marcescant, in sole ac vento tutò siccari possunt. Quod commodius fieri potest, si frustatim dissectæ, ita tenui funiculo traijciantur, vt partes non se contagant, aut cratibus impositæ quotidie sæpius manibus reuoluant. Atqui curandum est, ante quàm siccentur, vt lignea matrix, quæ omnibus ferè radicibus includitur, ipsis in longum fissis, integra eximatur: quippe omnino inutilis est, nullamque vim obtinet, etsi gentiana, cyclaminus, aristolochia rotunda, iris, bryonia, centaurium maius, nymphæa, aliæque complures absque matrice suas præ se ferant radices.

Siccatis radicibus, quòd planè constet eas sine tabe, & teredine, per tempora asseruari posse, ijs reponantur in locis, ad quæ solares radij non penetrent, neque fumo pateat aditus, & quæ neque vliginosa sint, neque puluerulenta. Sit igitur locus eminens & siccus, ad Septentrionem verges, vel etiam ad meridionalem plagam, quando scilicet radices ipsæ non prorsus exiccatæ reconderentur: adhibita tamen cura, ne eo tempore austri humidissimi flatus admittantur. Ita de-

nique recondi ac seruari possunt tot annis, quot ab inanitate, teredine, & tabe vindicari valeant. Nam etsi quæ tenues sunt, vt asari, phu, asparagi, rusci, & id genus aliæ anno duntaxat perennent, veratrum tamen vtrunque, quamuis radicibus constet tenuibus, ad 30. annum vsque perdurat. Hæc ex Mathiolo.

Videtur sanè radix quæque melior ante herbam vere, vel autumno herba denuo marcescente: deinde ante caulem, tertiò ante florem, quarto ante semen aut fructum. Quamobrem vtile fuerit scire quo tempore quæque herba floreat, aut semen maturet. Videntur enim quæ autumno florent & semen maturant, aut paulò ante maturauerunt, illarum radices colligendæ uere: contra quæ vere florent aut fructificant, autumno: aut certe vere antequam floreant, cum primum scilicet germinare apparent. Porrò quæ media æstate florent aut fructificant, harum radices vere autumnóue colligas parum referre puto. si tamen propius autumnum flos fructúsue earum accesserit, vere potius radices colliges, & contra. Denique nunquam florentium, radices vere autumnóue colligi possunt, vt filicum: herbæ autem ipsæ earundem, mense Maio potissimum

mum carpendę. Filix quidem (vt Tragus docet) circa mediam æstatem semen habere videtur.

Radices stirpium quæ florent colligendæ sunt aliâs

Citius, Augusto nempe vel autumno, vt artriticæ, ellebori nigri, consiliginis.

Tardius aut diu: vt species gentianæ, saxifragæ pimpinellæ similis, vêre.

Sed vtroque tempore (vêre & autumno) quædam à principio, aliæ medio, aliæ & fine. Vt in fine veris, quæ autumno florent, & germinat tardius: in fine autumni, quæ æstatis medio aut fine floruerint: initio autumni, aut in fine hyemis, quæ vêre aut initio æstatis florent, Gesnerus.

De radicum tempore collectionis, exiccationis modo, & loco conseruationis siue repositionis, vide plura apud Nicolaum Præpositum lib.1.cap.3.

DE COLLIGENDIS ET *asseruandis corticibus ex eodem.*

Cortices, qui fructibus auferuntur, vt cytrijs, punicis, & cucurbitis, quique arboribus decerpuntur, veluti thuri, ligno gua-

iaco,ſambuco, ac fraxino : qui item herbarum radicibus detrahuntur, vt capparum, mandragoræ,thapſiæ,alypiæ,pytinſæ,ac aliarum, non ſecus ſunt ſiccandi,atque radices: quin etiam ſimiliter reponendi,Matthiol.

Cortices,quę ex radicibus ſtirpium colliguntur, colligi debent eodem tempore, quo radices legi debere modò dictum eſt, quæ verò ex ſeminibus aut fructibus, colligantur tempore ſeminibus aut fructibus præſcripto, & eodem quoque modo reponendi ac ſiccandi. Durant verò tanto tempore, quanto ea ipſa à quibus illi ſunt collecti:niſi quod fructuú cortices, vt citri,aranciorum, granatorum, ſeorſim à fructu diutius integri viribus conſeruari poſſunt, ob ſuperfluę humiditatis exiccationem.Nicol. Præpoſ.

TABVLA STIRPIVM

PRIMA, ALPHABETICE ENVME

rans tum florendi, tum fructificandi initia & fines: nec non etiam alia, quæ ad earum cognitionem sunt non inutilia.

ABietes omnes Maio & Iunio folia vetera nouis succrescẽtibus abijciũt.

Abrotonum mas, stabwurtz, floret Augusto.

Absinthium commune floret Iunio: in hort o verò meo vmbroso, medio & fine Iulij floret.

Absinthij species, vt quidam non rectè putant, welsamen, flosculis luteis, qui siliquis suis præfiguntur, vt in filio ante patrẽ, floret Maio.

Absinthium in hortis flo ret Augusto.

Acer maius, ahorn, huius generis arbores quædam Maio florent: aliæ nunquam florent, omnes quidem steriles sunt.

Acer minus, id est opulus, vt ego interpretor, in planis semen maturat messis tempore, hoc est Iulio mense: in montibus Septembr.

Aconitum cœruleum, napellus, in hor-

tis floret Iulio,& in montibus tardius ferè, nisi aprici fuerint.Semẽ fert Iulio in hortis.

Aconitum luteum,medio Iunij incipit florere.In horto meo Augusti principio,flore subalbido è luteo.Semen fert, Augusto.

Aconitum flauum in hortis,floret post cœruleum,& in fine Iunij.

Aconitum quod Lupariam vocamus, flore palido, wolffwurtz floret Iulij medio, vel in fine,nisi loco crescat aprico.

Acorus vulgaris floret Iunio:semen fert Septemb.

Acorus falsus officinarum,floret Maio.

Ægolethros vere floret:herba venenosa capris & iumentis, Plinius. Hanc ego in Boue cap. 3. descripsi, & ostendi esse illam, quam vinitores nostri malum Heinrichum vocant, aliqui hundts blůmen, Saxones Schůppenwurtz.

Ægolethros nigra rotunda, semen fert Maio.

Alcali è semine natum, floret Iulij medio.

Alcea Sigmars wurtz, floret Iunio, Iulio & Augusto.

Algæ palustres & fluuiatiles (wasser violen:& Ampelos fluuiatilis) itẽ hydrolapthi folio & flore quædam in lacu tantùm puto,flo-

to, florent principio Iulij.

Alismatis genus, quod Fuchsius Ophryn nominat, Alysson Plinij, simile rubiæ, maius & minus, wald meyster/klein vnd groß/florent Maio.

Alisma Italorum, & centaurij floribus purpureis, principio Iunij floret.

Alliaria floret Iunio mense.

Allium alpinum radice reticulata: foliorum eius forma refert allium vrsinum, floret Maio.

Allium montanum radice oblonga, rubescente, folijs angustis, floret Augusto.

Allium vrsinum, waldknoblauch/ramsen/ lac exprimitur ei ex pericarpijs eius triangulis, floret in fine Aprilis, & Maij principio.

Allium hortense & syluestre, florent Iulio.

Alnus vide etiam in Betula. Alnus suis iulis, qui ei non decidunt, floret in Vere. Sed autumno appetente semē maturat circa Nouembrem.

Alsine hennentarm vulgaris, flosculis albis, floret Februario.

Alsinæ species in vineis, folijs crassiusculis, angulosis, flosculis cœruleis, flores Februario.

Alsinę species duę, flosculis cœruleis quas pingit Fuchsius: quarum altera folijs est sub rotundis, angulosis, carnosis, pilosis, in vineis. Altera folijs paruis, serratis. Item Alsine quædam recto caule, pilosa, flosculis candidis, minimis in corymbis, insipida: Cæteris sui generis siccior, florent Martio.

Alsine maior & minor florent Septem. & Octob.

Alsines species glutinosa, flosculo concauo, per summum multifido, floret Iunio.

Alsine semen profert Iulio.

Althæa floret Iulio & Augusto.

Althæa peregrina, luteo flore, floret Octobri.

Alysson Ruellij, pseudalysson in pratis, floret Maio. Alysson Ruellij, quā ego quidem herbam inutilem & minime Alysson arbitror, floret Iulio. Alysson pratense seu Ruellij, Klaffenkrut / crepitu seminum maturorum intra clypeos concussos, semen fert Iunio.

Alysson quorundam, floret Augusto. Sed aliud Patauio nuper ad nos missum est.

Amaracus, maiorana, samsuchum, floret Iulio, Augusto & Septemb.

Amaranthus communis minor, flos amoris

moris, quibusdam, flolijsbliti ferè, spica pur purea, Fölbly, floret Augusto. Et alius flore non vt reliqui, sed herbaceo quodam verticillo floris loco, folij pars media ad pediculum, punicea est. Maior cuius folia nigram maculam habent, paniculis longis, ramosis, Augusto itidem.

Amaranthi Pliniani species procerior, rarior, longissimis paniculis, lange Föibly, floret Octobri.

Ammi, floret Iulio & Augusto.

Ammi cuius semen simile est semini petroselini vulgaris, floret Septemb.

Ammi in hortis nostris satum, floret Octobr.

Amomum falsum, pseudamomum, floret Aprili.

Amygdalus cum persico floret in vere, Aprili: fructum fert Septemb.

Anacampseros, Fnabenkrut, vide Telephium. Semen fert Iulio.

Anagallis, morsus gallinæ, floret Maio & Iunio.

Anagallis rubro flore, floret Iunio, Iulio & Augusto mensibus. Semen fert etiam Iulio.

Anagallis purpurea, in vitibus, floret Iulio.

Anagallis aquatica maior, floret Maio & Iulio.

Androſæmon,floret Iunio.Vide Bellis.

Androſæmon maius, caule quadrangulo cum eminentijs folioſis,& aliud caule rotundo,florent Iulio.

Androſæmon minus,perforata, floret Iulio.

Androſæmon,id eſt perforata, & andro ſæmon Fuchſij,cui paucioria,maioraq; ſunt folia quàm perforatæ,Künrat, ego poſteriorem aſcyroides dixerim. Sed ſunt omnino congeneres herbæ.Vtræq; Iulio & Auguſto florent.

Anemone lutea quædam, trollblůmen/ floret ad finem Aprilis.

Anemone montana, ſemen profert Auguſto.

Anethũ floret Iunio, Iulio, & Auguſto.

Angelica odorata,principioMaij floret.

Angelica odorata laſer Gallicum, floret Auguſto.

Angelica inodora, quæ vulgò Aquileia, floret Maio.

Angelica aquatica,floret Iulio & Augu.

Anguria in horto meo, folijs in cucurbitarum genere maximè diuiſis, fert fructũ Iulio.

Aniſum,

Anisum, floret Iulio.

Anonis, floret Iulio.

Anthemis, flores Iulio.

Antirrhinon folijs hyssopi: & aliud aruense, flosculis purpureis, folijs perangustis, floret Iunio.

Antirrhinum folijs oblongis maius & minus, vel purpureum & album, floret Iunio.

Antirrhini genus, paruis folijs, floribus albicantibus, floret Iulio.

Antirrhini genus flore cœruleo, floret Aprili.

D. Antonij herba, sic dicta, quod igni sacro medeatur: aliqui Lysimachijs adnumerant, vt Fuchsius. Sunt qui filium ante patrẽ vocent, quod semina in exilibus & oblongis siliquis, antequam flos apparet contineantur. Plures huius sunt species. Floret Iulio.

Aphace Fuchsij, genus viciæ syluestris, floret Maio.

Aphacæ vel viciæ, aut potius orobi species, floribus flauis in caule recto spicatim digestis: folijs è viridi candicantibus, quorum bina semper eminent cum capreolo medio, floret Iunio.

Apios quorundá, erdnuß/floret Iunio.

Apium, floret Iunio.

Apij genus paluſtre folijs cicutæ latioribus, floret Aprili, & Maio. Vide ne ſeſeli.

Apijs cognata herba vmbellifera è ſemine nata anno 59. in vaſis, folijs ſaxifragæ hircinæ, olens petroſelinum, floret Iunio.

Apij genera, hortenſe & montanum Fuchſij, à quo ille petroſelinum vulgò dictum nihil quàm cultu differre conijcit: apium verò hortenſe veterum id eſſe quod vulgò apium, Eppich vocant: ego neutram eius ſententiam probo, ſed partim experientia mea, partim doctorum Galliæ Italiæq; conſenſu, apium vulgò dictum eleoſelinon facio, id eſt apium paluſtre: petroſelinum verò, vulgò dictum, veterum hortenſe. Vide quid Bellonius. florent Iulio.

Apium, ſemen fert Septem.

Aquilegia, in fine Aprilis floret, & Maio.

Aquilinæ vel Aquilegiæ genera omnia, florent Maio, gfült/wyß/blauw.

Arbutus in calidis regionibus per Galliam & Italiam, fructum fert Septemb. Germania arbuto caret.

Argemone altera, genſerich, vulgò Potentilla, floret Maij medio, & Iulio.

Argentaria, quæ ſpecies herbæ ſtellæ exiſtimari poteſt, floret Iunio.

Argen-

Argentaria alpina, floret Maio.

Aristolochia longa, floret Iulio.

Aristolochia phragmites, vt sic vocem, quam nostri hactenus falsò pro rotunda habuerunt, purpurea & alba, floret Martio & Aprilis principio. In fine Aprilis semen fert: siliquæ etiam virides factę statim dehiscunt: semina nigrore splendent.

Aristolochia crematis, floret medio & fine Maij, & Iunio.

Aron, Iulio & Augusto semen fert, floret Martio.

Arthemisia, floret Iulio.

Arthemisia tenuifolia, vide Mellefoliū.

Arthritica communis syluestris, pallida floret Februario.

Arthritica pallida, quæ singulis pediculis singulos flores sustinet, Curia Retorum, incipit autem florere Decembri si tepor sit, & in Aprilem se extendit.

Arthritica Die gfült/floret Maio.

Arthritica præcipuè odorata, & tardius ea montana in rupibus, quam aliqui Lunariam, aut folium montanum vocant, floret Aprili, & species illa Curia missa, tota ferè hyeme floret.

Arthritica alpina lutea, odoratior est floribus, rubra folijs, Aprili floret.

Arthritica alpina, gäle/rote/wyſe in mõ tibus iuxta Thunum, floret Iunio.

Arthritica, ſchlüſſel blůmly, ſed pallida, inodora, prȩuenit odoratam, Martio floret: & locis tepidioribus etiam Februario emicat. Montana ſaxatilis propter loci frigiditatem tardius floret.

Arthritica odorata
- Montana, petræa, gäl/rot; in hortis floret Aprili.
- Pratenſis
- Hortenſis, gfült/vnd vngfült

Arthritica inodora
- Pallida
- Cœrulea.
- Species eſt illa Curia miſſa, cui ſinguli flores in ſingulis coliculis breuibus. Omnes Martio florent.
- Minor arthritica flore purpureo, ſed parum odorato, in horto meo, medio & ad finem Martij floruit.

Arundo, floret Auguſto.

Aſarum, floret Februario. Aliquando in fine Martij, vel etiam eius principio & medio, itemq; Aprili. Alicubi Auguſto. Circa finem Maij & Iunio ſemen fert.

Aſclepias, quam vulgo hirundinariam vocant, circa medium & finem Maij floret: itemq;

itemque Iulio & Augusto.

Ascyron Fuchsij, hyperici seu perforatæ species, maius eo, Iunij medio & Iulio.

Asparagus, floret Maio & Iulio.

Aspergula herba repens in terra super muris (ciuitatum præsertim) rubiæ cognata, folijs per genicula quaternis, superius binis: plurimis ab vna radice coliculis, flosculorum albicantium corymbis, qui vt plurimum foris puniceo vel roseo colore sunt, floret Iunio & Iulio.

Asphodelus Germanis hactenus falsò creditus, goldgilgen. Ego omnino lilij genus facio, videtur autem lilium cynorrhodon dictum Plinio. floret Iunio.

Asphodelus marinus in Vere satus, floruit in Autumno & semen perfecit in Vere sequente demum, in cella seruatus, ac rursus flores emisit, partim eodem caule, partim à radice media, medio Aprili.

After Atticus Fuchsij, floret Augusto & Septembri.

Astrantia, floret Maio.

Astrantia, quam aliqui Laser Germanicum vocant: Ego non hanc, sed Anglicam odoratam Laser Gallicum aut Germanicum dixerim, floret Iunio.

Astrantia nigra in horto nostro, floruit Iunio.

Aſtrantia nigra in monte Pilati, Auguſto floret.

Aſtrantia vel imperatoria nigra, maior & minor, floret Iulio.

Attractylis vtraq;, Kardobenedicten der zam vnd der wild/ Auguſto florent.

Atriplices florent Iunio.

Atriplicis ſylueſtris ſpecies, Bonus Heinrichus, floret Iunio.

Atriplex ſylueſtris, floret Iulio in aruis & & alibi: ſemen fert Octobri.

Auena, floret Iunio.

Auicularia, Syluij, vide Viola.

B

Bären tapen, Spica celtica falſa, floret in fine vel medio Iulij.

Ballote, in fine Iulij floret, & Iulij initio: Purpureo flore, in medio Iunij. Ballote floret etiam Septembri.

Ballote rarior, floret Auguſto.

Balſaminæ pomifera herba, Auguſto & Septembri floret ſimul & fructus profert.

Barba caprina quæ in ſyluis naſcitur, floret Iunio: radice magna, lignoſa, flore magno, muſcoſo, albo, odorato. Diuerſum ab hoc genus locis humidis naſcitur, Vlmaria quibuſdã dicta, noſtris Ymbenkraut, quod & Iulio floret.

Barba

Barba caprina, floret in fine Maij & Iun. aliquando citius. Fructum facit Iunio.

Barba senis, vide Coronopodem, Haber-marck.

S. Barbaræ herba, quam Galli carpentariam vocant, erucæ vel nasturtio congener, Maio & Iunio floret. In hortis Maio mense ferè defloruerat etiam eius initio: & siliquas ostendit. Italis herba sancta.

Beinhültzen frutex, floret Maio: semen fert Iulio.

Bellis vrbana & syluestris, Galli Pasquettam vocant, quod tempore Paschatis floreat, floret Aprili. Syluestris maior & minor floret Nouem. itemq; Augusto.

Bellis maior, quam vulgò à tempore quo floret Diui Iohannis florem nominant, (vt etiam Androsæmon seu perforatam, quæ Iunij tempore florere incipit) floret Iunio circa 24. diem.

Bellis maior, floret Maio.

Bellis maior syluestris & hortensis, floret Iulio.

Bellis maior & minor, floret Septemb.

Bellis minor hortensis, floret Maio & Septembri.

Bellis hortensis, floret Augusto; & Decembris initio.

Bellis minor, quæ cœlo & regionibus tepidioribus hyeme etiam non deest, floret Martio, eadem hortensis alba, purpurea, Martio.

Bellis albus & ruber in hortis: itemq; syluestris, floret Iunio.

Bellis semen fert Septemb. floret etiam nonnunquam Februario,

Betæ duo genera, florent Iulio.

Betonica, floret Maio, Iunio & Iulio.

Betonica Pauli Turnero: quæ & Aprili floret & Maio: & fortè toto anno, si in loco aprico sit, flosculis paruis, subcœruleis, herba pulegio vel nummulariæ potius similis est, & similiter repit, (alijs puto, Steinpoley est illa betonica,) floret Martio.

Betonica Pauli pulegio similis, quam Turnerus describit. Similis est nummulariæ, sed flores exiguos albicantes ædit: seminum conceptacula, vt alysson vel bursa pastoris, floret Iulio.

Betonica altilis, floret Octob.

Betonicum altile, floret Septemb.

Betonicum altile, flores caryophylli vulgò dicti, Steinnägele/wilde graßnägele/ florent Iulio. In cellis verò domuum vel caueis etiam Decembri floret.

Betonica altilis, caryophyllus flos, medio

Iunij

Iunij incipit, albus puto prior, wyß/root/ lybfarb/treu ſſt.

Betonica fœtida vocetur, herba fœtida, caule quadrangulo, cubitali, flore betonicæ, pericarpijs leniter aculeatis, vt & betonica, folijs oblongis, anguſtioribus quàm betonica, floret in fine Iunij.

Betonicæ ſpecies minor, Frieſen engle/ root vnnd wyß / principio & medio Maij florent.

Betonica Æginetæ Turnero, floret Aprili & principio Maij.

Betonicum montanum quoddam, floribus multum diſſectis, purpureis, in pratis ſiccis montis Melam, floret Auguſto.

Betonicum aliud montanum locis ſaxoſis vbi ferrum eruitur, innummeris ab vna radice cauliculis, floſculis albis, radicibus longis, ſubrufis, floret Auguſto.

Betula ſuis iulis floret in vere, qui ſimiliter vt alno ei non decidunt, donec autumno ſemen perficiant: ſunt enim illi loco ſeminis, vt alno quoq;.

Biſtorta maior rugoſioribus folijs, & minor lenibus, Maio & Iunio florent. Limonium interpretor.

Blattaria Fuchſij, verbaſco ſimilis, aut potius ſpecies verbaſci, floret Iunio.

Cyrsion esse conijciunt, floret Iunio.

Buglossus Italica, floret Maio.

Bulbine, Blauw meyen rößle, floret Aprili. Primùm minor, postea maior, quæ toto anno viret. Bulbine maior, puto circa finem Martij floret.

Bulbus syluestris, flore luteo, instar calathis, quē Codiaminū dixerim, floret Mart.

Bulbina minor, flores ostendit Martio, sed aperit Aprili demum.

Bulbus ille Kyburgo, floret Martio.

Buphthalmus, siue cotula non fœtida, Iulio & Augusto carpitur, & durat vsq; ad autumni medium.

Buphthalm⁹ von Augspurg, floret Iun.

Buphthalmus ex Gallia missus, rücht wie die cotula nō fœtida, vel vt bellis maior suo flore, floret Iulio.

Bursa pastoris, floret Martio, Iunio, Iulio, Augūst. Septemb. Octob. Nouemb.

Buxus, semen fert Septembri, floret Februario.

C

Cacalia lutea, vnser frauwen schüle, floret in Maio.

Calaminthæ genera tria Fuchsio: sed quam ille tertium genus Calaminthæ facit,

ego conyzæ genus tertium dixerim, iudicẽt eruditi, florent Iulio.

Calamintha aruensis, sisymbrio cognata specie & odore, floret Augusto. Item aquatica similis aruensi, sed in summo etiam florens: floret Augusto.

Calamintha, incipit florere in fine Iunij.

Calamintha montana, floret Iulio: in collibus pasim circa Badam, Augusto & Septembri.

Calathiana verna, Brendel blůmle/ Junckhero blům/ April. Blauw, in fine Aprilis: alias enim autumnales trium generum noui: floret Aprili.

Calathianæ, autumnales violæ cœruleæ, ex quarum genere Petilium florem Plinij dixeris, radicibus amarißimis, de genere gentianæ, floret Septemb.

Calceoli diuæ Mariæ, folijs ellebori, principio Maij florẽt, & Aprili.

Calendula vel Caltha, floret Maio.

Calendula, floret Iunij medio, Septemb. Octob. Nouemb. Tota hyeme floret locis tepidioribus, & in domo condita.

Caltha siue Calendula, floret Iulio & Augusto.

Caltha palustris, maaßblůmen: mas ramulis rubentioribus, flore magis tincto: fœmina mi-

na minor, albioribus, flore luteo minus tincto, floret Aprilis medio.

Campanula siue vuularia, halß kraut, Iulio & Augusto floret.

Campanula cœrulea, zäpffle kraut/ vide Vuularia.

Cannabis, floret Iulio.

Cantabrica quorundam (sed non est, cùm radicem habeat inutilem) caule vno, iunceo, cubitali: folijs vt polemonium ferè albicantibus: calycibus elegantibus, pentagonis, calathi forma, è quibus flos quinque foliorum roseus prodit. Sponte in aruis nascitur, & floret Iunio. Lychnis quorundam. Carthеüser blümle.

Capsicum siue Cardamomum Arabicum (non placet) Indianischer pfäffer/ rooter vnd brauner Calecutischer pfäffer/ cuius aliquot differentias, ex figura siliquorum Fuchsius describit: quidam hanc herbam siliquastrum nominant. Atqui capsicum constat herbam non ita pridem ex nouis regionibus aduectam esse: siliquastrum verò Plinij tempore in vsu fuisse, de qua ille lib. 19. cap. 12. sic prodidit. Panax piperis saporem reddit, magis etiam siliquastrum, ob id piperitidis nomine accepto. Et mox: Libanotis seritur semine, &c. eadem & siliquastro satio

(Tarchon non ſeritur ſemine, ſed propagatur) nec alibi aliud quicquam apud veteres (quod ſciam) de ſiliquaſtro traditur, & quanquam à ſiliquis nomen habere videatur, non tamen eſt neceſſe, quoniam id veterum nemo ſcripſit. Potuit enim aliunde hæc vox detorqueri, vt fortè à Salicaſtro, quæ omnino clematis altera eſt (vt nos obſeruauimus) amplexi caulis planta, & vrens, piperis ſcilicet ſapore etiam ipſa. Ruellius coſtum hortenſem vulgò dictam ſiliquaſtrum facit, quæ & ipſa ſiliquas non fert. Sed hæc amariuſcula, & quanquam acrimonia non careat, pipere tamen longè inferior eſt. Itaque quoniam tam anguſtis deſcriptionibus adhibendæ ſunt coniecturæ, Siliquaſtrum eſſe dixerim herbam. Tarchon (Tarch) Arabibus & Symeoni Sethi vocata: quæ duorum generum eſt, vna ſylueſtris, pyretro recentioreũ quidam adnumerat, altera hortenſis. Vidi enim in Sabaudia in hortis & piperitim vocari, ad cõdimenta laudatam, aiebant autem ſemine ſeri: aliqui draconem acetarium vocant. Vetus quidem nomen aptum, nemo adhuc impoſuit.

Capſicum, cardamomum Arabicum, floret Auguſto.

Caput monachi, halicacabus puto Fuchſij, floret Iulio.

Carda-

Cardamomum Arabicum, vulgò piper rubrum,floret Septemb. In noſtris hortis florere ante hyemem (Octobri) non deſinit, fructus interim maturans. In fine Septemb. vel Octobri potius fructum edit.

Cardiaca,quam Lupi pedem Ruellius vocat,lycopodem: floribus hirſutis,mediocriter amara,floret Iulio & Iunio.

Carlina noctu ſe claudit,ad Solem aperit: in horto meo floruit Iulio.

Caros,vulgò Carui,Kümich,floret Aprili, & Iunio. Carus albus & purpureus, wysser vnd roter Kümich/floret Maio.

Carduus aſininus communis, floret Auguſto.Et alius quidam procerus in ſyluis anguſtioribus folijs.

Carduus aſininus, in nullo medicinę vſu, floret Septemb.& Nouemb. fert ſemen Octob.& Nouemb.

Carduus aruenſis maior purpureo flore (qui flore nondum nato moſchum olebat,) floret Iulio.

Carduus aruenſis, Haberdiſtel/ floret Iunio.

Carduus benedictus, de genere Cnici agreſtis, ſed apud nos & cæteris mihi cognitis regionibus ſatiuus tantùm, floret Iulio & Septembri.

Cardui genus maculis albis, quod à pleuritide vulgò cognominatur, floret Iunio.

Carduus paluſtris, id eſt, humidis pratis naſcens, flore purpureo, &c. nitt haſen kol, floret medio Iunij.

Caryophyllata floret Iunio: fert ſemen Iulio.

Caryophyllata vrbana & ſylueſtris, floret Maio.

Caryophyllata ſylueſtris illa, quam aliqui Lychnidem putauerunt, locis ſaxoſis, & apricis, floret Iulio.

Caryophyllatæ ſylueſtris genus, müttwillen, flore valdè diſſecto, floret Maio & Auguſto: dicta müttwill, à laceris & diſſectis veſtibus, quas referunt flores variè diuiſi.

Caryophyllata aquatica, floret medio Aprili.

Caryophyllus Indicus vel Portugalliæ minor, floret principio & medio Iulij. Caryophylli Indici domi incluſi, vſq; ad natalem Domini florent.

Caſtanea iulis, floret vere: matureſcunt verò Septembri.

Caucalidis ſpecies puto, multis caulibus, folijs paruis, diſſectis vt in Dauco hortenſi, tota læuis, radice vt apij, alba, ſubamara, vmbellis albis, Caro ſimilis eſt ſpecie & radice, eiuſq; ſapore, floret Maio. Cen-

Centaurij maioris species minor & degener, in campis, flore puniceo, calyce squalido, & squammatim compacto vt cyanus: folijs indiuisis minor, in pratis, heuwblůmen: diuisis folijs maior, calyce magnitudine auellanæ, in collibus, florent Iulio. Vide Rhaponticum.

Centaurium minus, flore rubro: & quod rarius est, albo, floret Augusto.

Centaurium minus, circa finem Iunij floret. Item kleine rhaponticken principio & medio Iunij.

Centimorbia, nummularia Fuchsio, natter kraut/pfenningkraut/ fortè Echios altera Plinij, pulegio similis, floret Iulio.

Cepe, floret Iunij medio & Iulio.

Cerasus omnis, floret Aprili.

Cerasa duracina, knellkriese, quòd crepet sub dentibus edentium, minora cæteris, sicca, cum puncto eminente in summo: Dulcia etiam in alpibus, maturescunt Aug.

Cerasa dulcia diuersorum generum matura habem⁹ Iunio & Iulio: acida verò tùm rubentia dilutiora, amarella vocant nostri, tùm nigricantia solidiora, quæ visula dicūt, Iulio. Sed omnium postremà maturescunt.

Cerifolium, chærephyllon muaßblůmen, floret medio Aprilis & fine, itemq; Maio.

Chamæbuxus,vt nos vocamus:ſuffrutex multis à radice cauliculis pedalibus per terram ſtratis,folijs buxi,floribus vt viciarum dulcibus, ſed colore partim ex albo,partim flauo.Naſcitur collibus apricis & ſiccis, floret Aprili.

Chamæcypariſſus,floret Maio.

Chamæcypariſſus,Cypreſſenkraut/quam aliqui abrotonũ fœminam putant:ego verò aliam abrotonum fœminã noui,floret Iulio.

Chamæcypariſſus,floſculis, qui ſe in ambitu capituli aperiũt, veluti galion habet, colore & figura,floret Iunio.

Chamædrys vera,floret Iunio & Iulio.

Chamædrys fœmina Fuchſij, cuius apud veteres quod ſciam,nulla mentio,floret Iul.

Chamædryi ſimilis herba, quã aliqui Teucrium putant, flore cœruleo,duorum generum,floret Maio.

Chamędryi ſimilis folio,alpina herba,ſemine lanuginoſo, ſemen facit Auguſto.

Chamæleontis genus, quod noſtri vulgò radicem apri vocitant, floret in horto meo Iulij medio.

Chamæleuce Ruellij (quam vulgò moeß blůmen/ id eſt, florem paluſtrem dicunt) hortenſis,cui folia florum multiplicia, floret Aprili.

Chamæma-

Chamæmalum,floret Iunio, Iulio & Augusto. Floret autem bis in anno,vere inter segetes, & autumno in agris rapitijs, Septembri.

Chamæmalum nobile repens,floret in fine Iunij.

Chamæpithys,floret Iunio.

Chamæpithys in horto meo, stirps anni superioris,floret Maio & Iulio.

Chamæsyce in aruis, floret Augusto & Iulio.

Chamæsyce, flosculo singulari minimo, vix apparente in hortulo nostro, floret Maio.

Chelidonium minus,floret Aprili: & maius quoq; tempore calidiore.

Chelidonium maius, floret Iunio & Augusto,itemq; Maio.

Chelidonium minus locis apricis, floret medio Ianuar. & Feb.

Chondrilla, floret medio Maij, Iunio & Augusto.

Chondrilla minor propè Curiam, floret Iulio.

Christophoriana,cost' niger,floret Maio.

Christophoriana acinos nigros profert, cùm calidius est ver, floret principio Aprilis.

Chrysanthemon Fuchsij, ranunculo simi le, floret Maio & Iunio.

Chrysanthemon verum, vnum magis flauum, alterum minus, floret Iunio.

Cicer, floret Iulio.

Cicer syluestre floribus albis, radice poli cari ferè, foris nigra, intus alba, dulci, cicerũ sapore, grad wie käsen, floret Iulio.

Cichorium, vide Intubus.

Cichorium satiuum in horto meo, Augusto floret.

Cichorium vel Sonchi genus, flauis floribus, in muris ferè nascens, folijs herbæ S. Barbarę, lactescit id, nec abit in pappos, milchen, floret Octob.

Cichoriũ, cuius flos cœruleus, Iulio mense ferè defloruit: frequentius verò floret illud cui flos luteus, quod Chondrillam eruditi quidam vocant.

Cichorium syluestre, floret Septembri, Nouembri.

Cichorium, id est, intybus syluestris, maior & minor, floret Augusto.

Cici, floret Augusto.

Cicuta, floret Iunio, Iulio & Octobri. Et Maio etiam: & ea quam suspicabar Cicutam.

Cicuta aquatica, Barzenkraut, floret Iulio.

Cicuta maior femine magno aſpero, Septemb.ſemen habet.

Cicuta 8. Iunij incipiebat florere Zurzachi: herba cinericei coloris, odore graui, hyoſcyami ferè (lacte nullo) punicantibus per caulem & ramos maculis.

Cicutæ ſimilis minor in prato, ſeminibus oblongis, quæ in fine Maij apparent, geminis, non grato odore aut ſapore, radice ſimplici, foris fuſca, cicutaria minor appelletur, floret Maio.

Cicutariæ quædam calidæ inter vites duæ, florent Iunio.

Clematis Ægyptia, vulgò Peruinca, cœrulea & punicea, floret April.

Clematidis Ægyptiæ genus, quod in hortis colitur, puniceis floribus, ſed flores rari, vt & violæ hortenſi nigræ, daſipodij, floret Octob.

Clematis Ægyptia in ſiliquis binis vel ſingulis, vt in hortenſi obſeruaui, fert ſemen Iulio.

Clematis purpurea, floret Maio.

Clinopodium, floret Auguſto.

Climenum vtrunque, Scrofularia alba & nigra, vt Conyza collina, floret Iunio.

Cnicus, vulgò Cartamus, floret Auguſto.

Codiaminum, codianon, floret in fine Februarij.

Colchicum, herbst blůmen, Septembri erumpunt.

Colchicum circa finem Augusti floret, & prius etiam calidiori cœlo: & semen fert Iunio.

Colchici plantæ paucæ, quæ alioquin autumno tantùm florere solent, anno 1563. cum Februarius tepidus esset, florebat.

Colytea Fuchsij, welsch linsen baum/ floret Maio.

Consiligo, leüßkraut/ floret Februario, Martio, Aprili, Iunio: Maio per paucos amplius flores ostendit. Sed & Nouemb. & Decembris initio.

Consolida regia minor & maior, floret Augusto.

Consolida media, Bugla, gunselen/ floret Aprili.

Consolida regalis vulgaris minor, wyß/ blauw/ lybfarbw: & alia magna cœrulea tantùm mihi visa, floret Iul.

Conyza muralis, sic enim vocare libet, quod in muris circa patriæ nostræ mœnia nascatur: herba acris, fruticosa quodammodo, folijs per caulem digestis sine petiolo, ad duos digitos longis, simplicibus, an-

gustis,

gustis,caule cubitali,striato, fungoso, floribus per summos ramulos in ambitu subcœruleis, foliolis minutis, cum pappis in medio,qui mox ab initio apparent, radice alba cum paucis fibris,flor.Iulio.

Conyza palustris quædam floret Iulio.

Conyza aquatica flore calendulæ,floret Augusto.

Conyzæ aquaticæ species indora, insipida,folijs oblongis,serratis, lanuginosis,floret Iunio.

Conyzæ species,vt videtur, quam Lani floram dixerim,floret Nouemb.

Conyzæ genus flore luteo, latiore, minus cæteris,odoratum,floret Octob.

Conyza vtraq;,Dürrwurtz Trago,floret Augusto.

Conyzæ species in aridis nascens in horto meo: item aquatica longis & serratis folijs,flor.Iun.

Conyzæ species alia,caule cubitali, singulari (puto) à quo singula folia tres aut quatuor digitos longa,angusta, alternis per caulem sine petiolis prodeunt, flos in summo luteus totus vt Chrysanthemis, radiculis minutis,rufis,acribus vt in ptarmice no-

ſtra, naſcitur collibus apricis: floret Iunio. Vide vtrum Dürrwurtz eſſe poſsit.

Conyza alia, quam in horto habeo, in colle naſcens, floret Iunio.

Conyza alpina in horto meo, flor. Mai.

Conyza montana, Böny / floret Augu.

Conyzæ genus tertium, vide Calamintha.

Conyzoides quædam in collibus ſiccis puto, in hortis viuax, flore calendulæ, floret Auguſto.

Conyzoides cœrulea, detelariam puto aliqui vocant, flos ſubcœruleus, mox ab initio pappos oſtendit: calida, acris & ſicca herba, in muris ciuitatis: & in quibuſdam ſyluis in montis Tigurini ſuperiore ad dextram parte, floret Aug.

Conuoluulus maior; ſemen fert Septembri.

Conuoluulus maior, cui flos totus albus, & minor alternis purpureis & albis in flore partibus; qui & helxine ciſſampelos vocatur, & aſine vel iaſione Theophraſto, vt nos obſeruauimus, floret Iulio. Naſcitur propè aquas, ſed fluentes ferè, vt ſolanum perpetuum circa ſtantes.

Conuoluulus maior, itemq; minor, quę & Ciſſampelos, floret Auguſto.

Con-

Conuoluulus minor(helxine Cissampelos)sine lacte, vel potius paucissimo in venis foliorum: nam maior lac habet:& sepiarius rarior adhuc,floret Iunio.

Conuoluulus peregrinus,hirsutus,flore cœruleo,lactis nihil habet,saporem betæ vel cyclamini,floret August.Granum nil vocant in horto.

Conuoluulus aruensis & sæpiarius,floret in fine Maij.

Conuoluulo similis præter quam flore, quam Galli tineam vocant, Germani spyn/oder schwartz winden.Ruellius &Tragus Orobanchen esse suspicantur, sed nos aliam orobanchen nouimus, floret Iulio,& Augusto,fert semen Octob.

Corchorus ille,genus apij degeneris & vitiosi,floret Iunio.

Coriandrum,semen fert in fine Iulij.

Cornus interdum Februario floret, frequentius Martio tantùm.

Cornus fœmina, virga sanguinea, capris grata,vnde nomen apud Gallos, floret Maio.

Cornus medio & fine Augusti, itemq; Octobri fructum fert.

Coronopus,cornu cerui vulgò, floret Iunio.

Coronopus quidam flore cœruleo, calyce ceu squammis multis tenuissimis, aridis, floret Iulio.

Coryli ante folia ædunt flores rubros croci staminibus breuissimis similes: nam iuli, quos nonnulli flores putant, colore luteo sunt, flor. Feb. & Martio suis iulis.

Corylus satiua, cui nux oblongior, fructum fert Augusto: syluestris nuces fert Septembri.

Costus hortensis minor, floret in fine Iunij.

Costus hortensis, floret Septembri & Octob. Semen habet Nouemb.

Costo hortensi cognata, herba Iulia dicta, Septemb. floret.

Costi hortensis genus minus, quod aliqui herbam B. Mariæ vocant, in hortis nostris satum, floret Augusto.

Cotula fœtida, Parthenium Brassauolæ & Fuchsio, floret Maio, & Iunio.

Crocus Vergiliarum occasu floret, id est Septembri, neque vltra mensis spatium flores durãt, qui postquam deciderint, mox folia prodeunt, virentq; tota hyeme.

Crocus montanus, in fine Februarij floret: aliquando medio.

Crocus montanus in partis circa Cu-

riam

riam copiosè, cœruleus, candidus, & ex vtroque mixtus, principio Martij, in horto meo Martij medio. Vnus tantùm ex plurimis bulbis mihi floruit.

Cruciata folijs per genicula quaternis, herbula hirsuta, flosculis luteis, florere incipit Aprili.

Cruciata rubiæ congener, floret Maio.

Cruciata Gallio cognata, floret Maio.

Crucis flores, dicti à Festo, quod crucis hebdomadam vocant, albi, cœrulei, purpurei, medicis in nullo vsu, floret Aprili.

Cuculi flos, mütwillen/floret Maio.

Cucumeres, florent Iulio.

Cucumis anguinus, floret in fine Iunij.

Cucumis anguinus in hortis nostris, floret Iulio, vel ex superiore anno, si planta hyeme seruata fuerit in cella vinaria: vel quod nobis rarum est, ex planta eiusdem anni, vere sata.

Cucumis erraticus, quem aliqui asininum cognominant, floret Augusto, & mihi relictus ab anno priore, medio Maij floruit.

Cucurbitarum genera, florent Iulio, Augusto, & Septembri: maturescunt Septemb. & Octob.

Cumini syluestris genus, quod vulgò

consolidam regalem vocant, Kitterspôrly, floret Iunio, Iulio & Augusto.

Cyanus, Kornblůmen, floret Iunio.

Cyanus albus, cœruleus, puniceus, floret in fine Maij, & Iulio.

Cyanus montanus, floret in fine Aprilis, & Maio, in Iunio ferè defloruit.

Cyanus in aruis & hortis, floret Maio.

Cyclaminus, floret principio & medio Augusti, & Septemb.

Cyclaminus, ex floribus autumnalibus semen fert Aprili.

Cyclaminus prima in hortulo nostro, floret Iulio.

Cyclamen púto tardissimè suum semẽ maturat, quod super terram iacet, nescio an in fine Iulij adhuc maturuerit, cum florem Aprili amiserit, aut Martio fortè.

Cynoglossus minor, flosculis cœruleis, wie vergiß min nitt, propè Curiam Rhetorum, floret Decemb. initio.

Cynoglossus puniceo flore, floret in fine & medio Maij.

Cynoglossus, floret Iunio.

Cynocrambe Fuchsij: Est autem genus Mercurialis syluestris, floret Martio & Apr.

Cyperus, floret Iulio. In horto meo Augusti principio & medio.

Cytisus

Cytiſus ſuffrutex ligno duro in colle prope Schaphuſiá floribus luteis, wie trau ben kröpfle/floret Iulio,

D

Daphnoides Fuchſij, Thymeleę potius ſpecies, zyland/floret Aprili.

Caſſutha, id eſt cuſcuta, floret Iunio.

Daucorum & Apiorum genera confinia videntur: ſed fortè apiorum genera vmbellas nudas habent, daucorum vero foliola ſubnexa eis in orbem radiata. Itē illa fortè diuturniora ſunt, hæc vbi ſemen tulerint, intereunt. Iulio ferè florent,

Dauci vmbellis albis ſunt, aliqui etiam roſeis puto.

Daucus paluſtris in horto meo, floret in fine Iulij.

Dauci genus paruum aſperiuſculum, quod circa ſepes & muros naſcitur inutile, floret Iul. ſemen facit Auguſto.

Daucus ſepiarius floret Iunio.

Dauci genera tria, & inter alia, vnum genus cuius ſemina hirſutiora ſunt & multò maiora, quam in alijs generibus, flores extremi in vmbella medijs latiores, locis cultis naſcitur, floret Iunio.

Dauci inutilis genus in aruis, folijs cori andri, glyſſen/ſemen facit Auguſt.

Dauci genus in foſſa ranarum, in cuius vmbella media nihil purpurei, flor. Auguſt. Vide Paſtinaca ſyl.

Dauci genus aruenſe, magnis, latis & hirſutis ſeminibus: floriſlus latioribus in vm bellæ ambitu, flor. Aug.

Dauci ſyluestris ſpecies folijs non hirſu tis in prato, flor. Iul.

Daucus quidam ſylueſtris, flor. Apr.

Daucus creticus vel alpinus, Bärwurtz, Meon vt aliqui conijciunt, alijs tordilion: nec multum intereſt, quando vires (ni fal-lor) eædem ferè omnium, flor. Iul.

Daucus ſylueſtris maior, (quē Matthio lus paſtinacam ſyl ueſtrē appellare mauult) macula in medio vmbellæ plerunque alba, aliquando purpurea, in collibus apricis. Item minor inter ſegetes & alibi, florent Iulio.

Dentelaria quam aliqui Irionem vocāt, flor. Iun.

Dentelaria σιναποειδὴς, humilis herba, à Textore medico miſſa, flor. Iul.

Dentelaria κονυζοειδὴς petræa, Vide conyza muralis.

Dictamnus vulgo dicta, flor. Maio.

Digitalis

Digitalis Fuchſij,incipit Maij medio florere vel in fine,itemq; Iunio.

Digitalis duplex,flore minore,albidiore:& alia,flore maiore,pallidiore & intus vario,florent Iun.

Digitalis minore flore, vulgaris, albicans & maiore flore, tum aliâs luteo, tum purpureo circa Coloniã,folio minus læuis, florent Iunio.

Digitalis lutea & purpurea, florent in principio Iulij:& albicans in montibus.

Digitalis vtraq;,ſemen fert Auguſt.

Dipſacus albus & purpureus,flor. Iun.

Dipſacus floretIulio.Et ſimilis ei herba carduo exiguo,echinato,rotundo.

Dipſacus flor.Septemb.

Dipſacus minor, floret Auguſto: & ſemen fert Nouemb.

Doronicum in alpibus,flor.Aug.

Doronicum vulgò dictum, in horto noſtro,circa Aprilis finem,in montibus:propter niues tardius, gemſcnwurtz/graſſoy/ floret Maio,& Octob.

Dorycnium quorundam,floret particulatim Aug.

Dorycnium Monſpelij putatum, floſculis albis per ſummos ramulos, veluti in orbem diſpoſitis: figura quæ piſorum vel

loti,ſed paruis,floret Septembri.

Doricnium quibuſdam falſò dictum,toto Iulio floret.

Draco hortenſis,medio Iulio & fine. Item aquaticus, Iulio medio floret ſerratis folijs.

Dulcis radix, Iunij fine floruit mihi in horto.

E

Ebulus floret in fine Iunij, medio & fine Iulij:baccas fert Auguſto.

Echion floret toto Iunio, itemq́ue Septemb.Fert quoq; Septemb, ſemen.

Echion verum, quod Fuchſius triplex facit,floret Iulio.

Echinopus meus,crocodilium quorundam,floret Iulio.

Echinopus carduus, in cuius capitibus flores nulli ferè apparent, ſed aculei albicantes vndiquaq; in diuerſum tanquam in echinis rigent,folia puto ſciſſa, anguſta, & albicantia, anno 57. defloruerat omnino Aug.

Elleborus albus, floret Aprili:niger quoque eiuſdem principio.

Elleborus albus circa lacũ noſtrum vltra Albium montem,floret Iulio.

Elleborus albus,itemq; niger,flor.Apr. initio.

initio. Mas maior & durior : & fœmina maior, & mollior, ex locis ad Larium habui.

Elleborus Agyrtarum, folijs abrotoni ferè, flor. Apr. & Mart.

Elleborus niger, locis tepidioribus, circa natalem Domini, vnde nomen ei apud nos Frist wurtz/floret Decemb.

Elleborus niger noster & ex Italia allatus, flor. Febr.

Elleborus niger, Martio.

Eiusdem genus à Trago exhibitum (Anemones species potius) folijs nigellæ, flore ranunculi, magno, luteo, ad solem se conuertente, quo defluente semen etiam vt in ranũculis subnascitur, Aprili mense, &c. flos Mart. fine erumpit.

Elleborus niger noster mas, floret Mar. & fœmina, quam ex Italia habui, non tamen purpureus.

Eltzenbaum/floret in fine April.

Eletzbére ad ripam Silæ, acinis nigris, magnitudine piperis, osse duro, singulari intus, &c. fert fructum medio Iulij.

Enneadynamis Polonorum, läberblůmle/in fine Iul. flor. & Septemb.

Erica vel Solago, heid/floret Augusto & Septemb.

Eruca vera, floret Iunio, Iulio & Augst.

Eruca hortenſis,floret Maio.

Eruca ſylueſtris,flor.Iun.

Eruca ſylueſtris noſtra,flor.Maio.

Eruca ſylueſtris non fœtida, tenera,floret Iulio.

Eruca ſylueſtris fœtida, florebat Maio, pallidis, tanquam in ſpica,floſculis.

Eruca ſylueſtris Fuchſij, quam ſinapi album ſylueſtre interpretatur,flor. Maio. Itẽ eruca ſylueſtris noſtra.

Eruum ſylueſtre minus (nam maius in monte Albio reperi)folijs binis, longiuſculis cum capreolo per medium:floribus in corymbo pulchris,luteis,loti genus, quod ab ingluuie columbina denominamus, referentibus,flor.Iul.

Eruum Fuchſij,flor.Iul.

Eryca montana Glarona allata,floret vt aiunt rupibus adnata,toto anno,(ſiue reuera,ſiue quod flores etiam ſiccati fortè colorem retineant)aliâs Feb.& Martio.

Eryngij id eſt cardui cuiuſdam odorati ſpecies,raddiſtel/manſtrüw/flor.Maio.

Eryngium marinum in horto Argentinenſi,ad finem Iul.flor.

Eryngium alpinũ cœruleum, edler diſtel/flor.Aug.

Eryſimon Fuchſij, quod interpretatur ſinapi ſylueſtre,flor.Iun. Eryſi-

Eryſimon hortenſe, eruca nobilis vel vel minor,flor.Iun.Iul.& Auguſt.

Eryſimon, aliquando Maio incipit flor.

Eryſimi ſylueſtris ſpecies, vide in Verbena.

Eryſimon hortenſe, parcè florebat Octobri.

Eſulæ tria genera,flor.Iul.

Eſula,pityuſa,flor.Apr.

Eſula (pityuſa Dioſcorid.) ſed infrequens,flor.Aug.

Eſula dulcis, Congener Militari Plinij, floret Aprili.

Eſula rotunda,peplos,flor.Iul.

Eſula,flor,Maio.

Eſulam ſcabioſam nunquam florere puto:& fortè ſeminis loco ei ſunt aſperitates illæ in folijs ſupinis, vt filici, polypodio & alijs.

Euphraſia,augentroſt/flor. Iul.& Aug.

Eupatorium,Auguſto floret ſed rarius, ferè enim iam defloruit.

Eupatorium Græcorum, agrimonia, floret Iulio.

Eupatorium Auicennæ vt aliqui putant,quod iuxta aquas naſcitur,waſſerkraut/ floribus ferè origani communis, Iulio, & Auguſto.

Eupatorium Mesue secundum quosdam, costo hortensi cognatum, flor. Aug. Eupatorium aquaticum, manokrafft.

Eupatorium aquaticum. Vide in Iulio.

F

Faba, floret Maio & Iunio.

Fagus suis iulis circa diem D. Georgij, in Aprili.

Fagus, fert glandes Septemb.

Fagus sepium apud nos dicta, hagenbůch/ cuius lignum durissimum, fructum Septemb. fert.

Ficus principio & medio Septẽbri mihi in horto maturuerunt, licet loco vmbroso plantata.

Ficus, in Italia fructum fert Augusto.

Filipendula, floret Maio: principio Iulij ferè defloruerat.

Filius ante patrem maior & maximus, qui rododaphne cognatus videtur; hîc iam in Augusto ferè defloruit, & canos in siliquis hiantibus ostendit.

Filius ante patrem maior & minor: vnnd das feur kraut/ id est maximus, floret Iulio. Species vna mollibus & lanuginosis folijs am katzen see/ floret Iunio.

Filij ante patrem ſpecies maior ad aquas, floret Iunio.

Filius ante patrem minor ,in muris ciuitatis,floret Iunio.Et tertia ſpecies ſylueſtris maxima,rhododaphne folijs,floret Iunio.

Filius ante patrem maximus,rhododaphne cognatus fortè,ſemen fert Auguſto.

Filix in nocte , quæ diem D. Ioannis ſacrum præcedit,vide Tragum,quo tempore ſemen faciat.

Filices effodiuntur vergiliarum occaſu.

Flos Iouis,incipit florere Maij medio:floret etiam Iulio.

Flos Iouis purpureus & albus,florent Iunio Auguſtoque. Die hirmel blümle,Septembri.

Flos Portugallicus vel Indicus minor,floret Iunio & Iulio.

Flübirle/propè Curiám,florebat Decembri 63.anno,& fructus naſci incipientes habebàt.

Fœniculum floret Iunio,Iulio, Auguſto, Septembri & Octobri ; ſemen habet Septembri.

Fœnogræcum floret Iulio.

Fragaria floret Aprili & Iulio;ſemen fert Iunio,

Fragaria vere ; & tota æſtate, floret in-

quam maximam autumni partem.

Fragaria minor ſterilis ad ſepes apricas (mas) quaternis folijs florum inter ſe diſcretis, principio Martij aut prius floret.

Fragaria ſterilis, hirſutior, minor, marem dixeris, Feb. floret.

Fraga in altis montibus, Auguſto ſemen ferunt.

Fraga rubra, alba, principio Iulij habentur.

Fraga in fine Maij florent: quædam in medio, pauca. Fructus fragariæ, æſtatis initio, ante cerasa, & aliquandiu cum ceraſis inueniuntur, montanis quidem locis, & frigidis, tardius quàm contrarijs. Alba Maio & Iunio florent.

Fraxinella, vide Dictamnus.

Fraxinus aucuparia, floret in fine Maij.

Fraxinus, fructum fert Septemb. ſupra Tigurum ad 4. milliaria copioſè in montibus: apud nos non fert fructum. Bey Wallistatt: fructum fert Octob.

Frumentum Turcicum, floret Iulio.

Frumentum Turcicum Fuchſij, quadruplex, granis rufis, purpureis, luteis, ſubcandidis, florent Auguſto.

Fumaria, ſed rariſsima, floret Febr. aliàs Maio, Iunio, Iulio, aliquando & Nouemb.

Fungo-

Fungorum genus præcipuum, & cibo gratiſsimum gignitur verno tempore, ab Aprili menſe, vſq; ad Maij principia, hoc Germani vocant Morchlen (ſuillos) pileoli inſtar, foraminulentum foris, hinc dictum prouerbium, *Du nimmeſt zů wie die Morchlen im Meyen*.

Fungi vulgares, qui vulgò coqui ſolent, heiderling dicti, Iunio menſe primùm cernuntur, & ab eo tempore ad Auguſtum vſq; menſem, pileolis rotundis, & latis ſimiles.

Fungi genus magnum, quod à figura vocant haſenrörle, cinerei ferè coloris, Auguſto menſe reperitur in ſyluis propè radices quercuum.

Fungi etiam eſculenti vulgò Rödling dicti, frutetis & arbuſtis cæſis, exuſtiſq;, & terra frequentibus pluuijs humectata naſcuntur per ſyluas, Auguſto menſe.

G

Galiopſis ſecundũ aliquos, Braunwurtz, floret Iulio & Auguſto.

Gallion, Gälber augentroſt, floret Iunio & Iulio.

Geniſta maior, floret Maio, aliquandò autumno.

Geniſta minor non ſpinoſa, circa Pente-

costen floret, mense Iunio, vt plurimum, inde nomen apud nos, Pfingstblůmen/ ferbblůmen: Flos tinctorius Fuchsij, Iunio & Iulio floret. Spinosa & foliosa citius floret.

Genistella, genista minor spinosa, Maio, sed copiosius Iunio circa Pentecosten, Stechendpfrimmen.

Genistella aculeata, & altera caule foliato, semen facit Augusto.

Gentiana floret Iunio.

Gentianæ species, madelgår dicta vulgò, floret in fine Iunij.

Gentianæ species quam cruciatam aliqui vocant, madelgår, ab incisione radicis cruciformi, floret Iulio.

Gentiana cruciata, à dissecta crucis instar radice, semina minima, subrussa, subrotunda, cum gentiana magna lata habeat semina, profert Aug.

Gentiana minor in alpibus, floribus magnis puniceis, caule cubitali, radice pollicis vel duorum crassitudine, amariore quàm gentianæ maioris, wachst hôcher vnd wilder/ floret Augusto. Item die groß Bitterwurtz in alpibus. Item Gentiana palustris florent Augusti medio & fine.

Gentiana pumilla, flosculo cœruleo instar calathi, in pratis humidis, radiculis albis, rara,

bis, rara, floret Octobri.

Geranium primum, Storckenschnabel, floret Aprili.

Geranij genus secundum, folio maluacio tertium & quartum, quæ vulgò dicuntur Taubenfüß, Rüprechtskraut, Kranetshals Fuchsic, floret Maio.

Geranij genus, quod gratiam Dei vocát. floret Iunio. Et eiusdem genus montanum, quod radicem sanguinis appellant.

Geranium maius seu montanum, floret in fine Aprilis.

Geranij, vel sideritidis species, quæ vulgò gratiaDei dicitur, floret Augusto.

Geranij species, apij ferè folijs, floret Decemb. princ.

Geranium montanum, Blutwurtz, medio & fine Maij floret.

Gerontopogon vel herba illa quam aliqui Tragopogona vocant, Habermarck, luteo flore, & alia species puniceo, ex Italia, Girasole, vel barba de becco, floret Maio.

Geum, benedicta, caryophyllata, floret Augusto. vide Cariophyllata.

Gladiolus seu Xiphium, floret Iunio.

Gladiolus aquaticus., Maio floret.

Glycyrriza, dulcis radix, floret Iulio, & semen fert Septembri.

Gnaphalij genus,sed mollius, Hasenpfötle, cuius flores non decidunt, candidi rosei,subpurpurei,floret April.

Gnaphalion,Kürkraut/floret Iulio.

Mattenflachs/cuius flores non obseruaui,& nescio an vllos habeat, pappi eius instar lanæ xylinæ dependent,fert fructũ Iun.

Graminis genera diuersa,florent Maio.

Gramen Fuchsij,floret Maio.

Graminis genus radice geniculata,denticulata,culmo cubitali,flosculis albis,p.spica puto ceu folijs floret Iulio.

Gramen collinum,panicula vel spica florum pallida, dodrantali coliculo, συζυγία est foliorum,per transuersum, radiculæ albæ; floret Maio. Vide an Schœnantho cognata herba?

Gramen vulnerariũ, floret in fine April.

Gramen in arenosis & muris minus plerisq; in genere graminis,radicibus denticulatis (sunt autem dentes initia germinum) & articulatis reptat,floret Iun.

Gramen quoddam duriusculum,floribus subflauis,Martio.

Graminis vel auenæ syluestris genus, radicibus nodosis vt in xiphio,sed pluribus interdum nodis,in fine Iun. fructum vt auena ostendit.Radicum sapor puto nitrosus.

Grami-

Graminis genera varia fructum faciunt Iunio.

Granum nil, vide conuoluulus.

Granum Nil, cuius flores noctu se aperiunt, in meridie pereunt, floret Septemb.

Gratiola quam centaurium aquaticũ dixeris. Hoc fortè est polemonium palustre amarum, cuius meminit Hippocrates veterinarius, in Hippiatricis Græcis ca. 32. inter remedia hepatica, equo per nares infundi iubens cum vino colatum. Sic autẽ inquit, ἢ ἐν οἴνῳ διαθήσας δίδου πολεμώνιον τὸ ἐν ἕλεσι τικτόμενον, καλαμίνθῃ ἐοικὸς, ποιότητα ἔχον πικρὰν Hoc est, aut polemonium, quod in paludibus nascitur, & calamintham refert, amarũ gustu, vino percolatum dato. (Incipit aliquando Maio florere.) nisi de Hydropipere Ruellij sentiat, quod & ipsum pro Eupatorio (Auicennæ) à quibusdam accipitur: floret Iul. plerunq;.

Gratiola minor, floret in fine Iunij. Sic voco herbulam fruticosam, etsi subdulcem: semel tantùm mihi visam.

H

Hasenköl/floret Iulio.

Hedera terrestris vulgò dicta, gundelreb floret Martio, Aprili, & Maio.

Heliotropium minus, folio ocimi, odore graui, floribus albis in ſe retortis ἑλικοειδῶς. Semen quidam commendat ad quartanas puto, floret Iulio.

Heliotropij genus quoddam, vergiß min nit, floret Iulio & Iunio.

Heliotropio congener, aut ſcorpioidi herba, flore cœruleo, in paluſtribus naſcens vergiß nit mein, floret Aprili.

Helxine, parietaria, floret Iulio & Octob.

Helxine in horto meo, floret Aug.

Helxine ciſſampelos, vide conuoluulus.

Helxine ciſſampelos, floret Aug.

Helxine ſemen fert Octob.

Hepatica terreſtris, trinitas, circa initium Aprilis ferè defloruit, & poſt florem folia noua producit, hyemalibus amiſsis.

Hepatica terreſtris vulgò dicta, Italis trinitas, guldin läberkrut vel aurea, floret Martio, hæc per hyemem etiam florum calyces oſtendit, & cùm primũ calor inuitat, aperit.

Hepatica terreſtris, ſemen fert Aprili.

Heptaphyllon, Tormentilla, principio Iunij floret.

Herba Iulia, vel S. Mariæ, vt aliqui vocắt, coſto hortenſi congener, floret Octob.

Herba Iudaica, floret Iulio. Cognata ei quædam ex loco vmbroſo, vß dem hard/ in horto

horto meo,caule quadrangulo, graui odore,floribus purpureis, tanquam vrticæ mortuæ,dilutioribus.

Herba nascens in aruis, similis ferè folijs herbæ Iudaicæ (vide ne sit illa ipsa: videtur sanè) vel tetrahit dictæ, dodrantalis,graui odore,floribus albis vna, altera purpureis, semine nigro,quaterno vt in vrticę mortuæ speciebus, flores & semina Augusto mense profert.

Herba S. Antonij, Augusto semen fert.

Herba Trinitatis cœrulea sex plerunque folijs florum,alba,id est,albo flore,folijs nouem,vt in meo hortulo apparet: audio etiã purpuream inueniri,floret Martio.

Herniaria de anno superiore,floret Iul.

Herniaria,floret medio August.

Heydenhysop,floret Iulio.

Hieracium vtrunq;,floret Aug.

Hieracij genus in pratis, floret Iunij fine & Iulio,herba pauci succi, folijs molli lanugine,&c.& in muris ciuitatum.

Hieracium pratense asperum, quod & in muris ciuitatis,floret Iulio.

Hieracium syluestre in pratis, herba asperæ lanuginis,caule striato,folijs tres aut quatuor digitos longis,integris ferè ambitu modicè angulosis:horum quæ inferiora versus

radicem sunt, initium habent angustius, & in latius abeunt: superiora verò contrà è latioribus contrahuntur. Caulis simplex, flos luteus, floret Aug.

Hieracium minus, vulgò dens leonis, floret Aprili.

Hieracium minus, sed rarius. Item procerum in pratis, floret Maio.

Hieracium minimum, calyculo nigrante, floret Septemb.

Hieracium quoddam radice satis magna, sed folijs quàm in cómuni minoribus, Martio floret.

Hieraciũ alterũ, Kölekraut, floret Octob. & semen profert Octob.

Hipposelinum, olusatrum, floret Iul.

Hippuris vtraq;, floret Iulio.

Hippuris lacustris quædam, folijs mansa arenosis, in fine Iulij floret, vt puto.

Hirci barba, herba dulcis lactaria, haber-marckt, alia quàm Tragopogon veterum, floret Iunio.

Hirundinaria, vide Asclepias.

Hordeum Iun. fine fructum fert.

Hordeũ metitur alibi Agu. alibi citius.

Hyacinthi siue bulbi syluestris, floribus cœruleis genera quatuor, florent Martio.

Hydropiper, persicaria acris, semen fert Aug.

Hydro-

Hydropiper,id eſt, perſicaria ſine maculis,floret Aug. & ſubinde ſemen profert.

Hyoſcyamus tota æſtate,ſed præcipuè Iulio floret.

Hyoſcyamus vulgaris, floret medio & fine Maij.

Hyoſcyamus communis & Syriacus,floret Iunio.

Hyoſcyamus è ſylua ſemine luteo, floret Iul.medio.

Hyoſcyamus Syriacus,ſemen fert Aug.

Hypericon Fuchſij, perforata, floret Iul. (ſpecies maior,caule quadrangulo,folijs nõ perforatis.)

Hypericon, vel androſæmon perforata, floret Auguſto.

Hypericon minus, floret initio Iunij.

Hypoglosſis vel laurus Alexandrina, floret initio Decemb.

Hyſſopus,floret Iulio.

Hyſſopus alba,floret Iulio.

Hyſſopus rara,floret Nouemb.

Hyſſopus in horto meo,floret Aug.

I.

Iacea, Iunio floret.

D.Iacobi herba,floret Iun.

D.Iacobi flos,floret Iul.& Aug.

Iaſminum, medio Iunij incipit florere,& Iulio.

Iberis, gauchblůmer, genus nasturtij sylvestris, floret Maio.

Iberis Matthioli, floret Aug. & Octob.

Ibiscus, floret Iunio, Iulio & Augusto.

Herba ignota, Lepidion vel Iberidi cognata, puto, flosculis albis, priusquam se aperiant puniceis, folijs ferè nasturtij maioris, ramulis multis distortis, bipedalis: radice alba, simplici, intus neruosa, acri, cùm superficies insignem acrimoniam non habeat, floret Septemb. Est autem Iberis Matthioli.

Ignota circa lacum Felium, flosculis cœruleis, vt in hedera terrestri, geminis semper, &c. floret Iul.

Herba ignota, quam heliotropium putabam, folio ocimi, læui, Corchorus vocari potest, floret Iulio.

Innominata quædam fœtida, pinguis, folijs vt botrys, floribus senecionis, floret Iulio.

Ilex aquifòlia, Stechend palmen. Fructū Septemb. fert.

Illecebra, vel Telephium sedi genus minimum, floret Iunio.

Indici flores crocei, Caryophylli Indici dicti: minor & maior specie, floret Septerm. (Sed maior nunc primum incipit florere: minor Iunio) simplices & cōferti in vtroq; genere.

Intubus

Intubus satiuus Iunio & Iulio floret. Cichorium etiam, id est, syluestris intubus eodem tempore incipit florere, in autumnum vsq; durans.

Intubi genus quoddam luteo flore, scabrum, subtenerum, ex amaro subdulce, floret Iunio.

Intubus, vide supra Cichorium.

Inula, floret Iulio, Augusto.

Iouis flos, Sondernägele/himmelrößle, floret Iulio.

Iouis flos, floret Octobri, purpureus & albus.

Iouis flos rarissimus, floret Nouemb.

Irio non fœtidus (dentelaria quibusdam) acerrimus, in horto meo fructum ferebat Octobri.

Iris, floret in fine Aprilis, Maij principio & medio.

Iris minor syluestris in horto meo, floret Maio.

Et satiua itidẽ in horto meo Maio floret,

Isatis syluestris, floret Maio.

Iua illa aruensis, fortè arthemisia heptaphyllos: quæ & pro scordio videtur substitui posse, paulò minus efficax amarore, simili flore, toto similiter viscido, floret Iulio.

Iulia Italis dicta, sub finem Iun. incipit flo

rere. An Iulia à menſe Iulio dicitur?

Iuniperus Maio menſe, cùm pluuium fuerit cœlum, luteam è cortice ſudat lachrymã, quæ magna in copia tanquam fungi exigui arbori adhærent, nec admodum adorata eſt.

Iuniperis, Maio menſe tenuiſsimus, ac luteus puluis in auras auolat: quod ſemen illi eſſe animaduerti, quanquam & è nucleis lapidoſis, quæ baccis continentur, nouæ iuniperi plantulæ fructificant, Tragus.

Iuniperus cuius baccæ altero demum anno matureſcunt, Septemb. fert.

Iuniperus, baccas fert Octob. maturas.

L

Lactucæ, florent Iulio & Sept.

Lactuca ſylueſtris, qua pro endiuia hactenus vſi ſunt Pharmacopolæ, Fuchſius: floret Iulio.

Lactucæ ſylueſtris genus in muris, floſculo cœruleo inſtar calathi exigui, floret Sep. & eodem ſemen fert.

Lactucæ ſylueſtris genus quoddam procerum, floſculis exiguis luteis, pappis nullis, floret Iun. Lactuca ſylueſtris Galeni in muris ſæpe naſcens, rote bletter, floret Iun.

Lactucæ ſylueſtris genus læuis, floribus flauis, in area mea, floret Aug. La-

Lactucam syluaticam, quæ cœruleum florem apud nos fert, in altis montibus, vidi melino flore, mensis Augusti fine florere.

Lactucæ syluestres semen habent Nouembri.

Lagopus, aruense trifolium, floret Iunio, Iulio.

Lagopus, käzle klee, floret Aug.

Lampsana, floret Maio.

Lampsana, flore luteo vel Lapsana, (& albo flore puto rapistrum) floret Iunio.

LanceaChristi, quę locis riguis prouenit, folijs oblongis, dissectis, quadratis caulibus, verticilatis, vt in marrubio, flosculis albis, cum exiguis parpureis punctis, floret Iulio. Sideritin primam facit Matthiolus.

Lantana vulgò Italis dicta frutex, virgis lentis, floret Maio & Iun. dictus fortè à lentis ramulis: kleiner mälbaum.

Lantana frutex rubros potius adhuc acinos habet, in Iul. qui Aug. demum puto nigrescunt, & Sept.

Lappa maior, vide Personata.

Lapathi genera quatuor, florent Maio.

Lapathi seu rumicis genus, quod vulgò bonum Heinrichum vocamus, Fuchsius tertium genus Lapathi facit, floret Sept.

Lapathũ, cuius radicis vsus est ad scabié, floret Octob.

Lapathum hortenſe magnũ, floret. April.

Lapathum aquaticum, hydrolapathum, folijs auguſtis, parum lanuginoſis, ad foſſas aquarum. Hydrodracuntium Aldrouando à floris ſimilitudine cum biſtorta, floret Iul.

Lapathi genera ſemen faciunt Iulio.

Lapathum, oxalis, fructum fert Iunio.

Lathyris floret in fine Maij & Iunio.

Lathyris, cataputia minor, floret Auguſt.

Lattoris Plinij ſecundum aliquos, in hor to meo, genus lactucæ ſylueſtris, floret Octobri.

Lauendula floret Iunio.

Lauendula Iulio menſe ferè defloruit.

Lauendulæ paucæ, florent Septemb.

Laureolæ illud genus, quod vulgò Zyland vocant noſtri, ante folia floret Feb.

Laureola vulgaris, Zyland in alpibus ſemen fert Auguſto.

Laureolæ puto ſpecies in monte propè Curiam, parua, anguſtis folijs, paulò maioribus quàm rorismarini, floſculis purpureis, odoratis, wie am Zyland. Cauliculus lignoſus, ſed valde lentus eſt, non vltra ſeptem digitos altus, floret Iunio.

Lens paluſtris floſculis tripartitis, floret Maio.

Lens floret Iunio & Iulio.

Lenti-

Lentibularia, vide Meon aquaticum.

Lepidium Æginetæ, in horto meo floret Iulio.

Lepidium folijs lauri, ſemen profert Octobri.

Lepidium Æginetæ folijs laurinis maioribus, floret Iunio.

Leucoij genera tria, florent Maio.

Leucoia, florent Septemb.

Leucoium, keiri, Martij principio emergens, ſtatim floris rudimenta oſtendit, integer apparet ad finem eiuſdem.

Leucoium, keiri: & Straßburger nägely puniceum, & Roſeum, odoratius, rariuſque: & album, flor. Maio.

Leucoiō bulboſum, weißhornung blümen/violas ſubolet.

Leucoium bulboſum, Theophraſti, floret Mart.

Leucoium, floribus violaceis, in horto Didymi, flor. Iul.

Leucoion luteum, & album, floret Aprili.

Leucoia medicorum, florent Aug.

Leucoium purpureum, Straßburger nägely/flor, Octob.

Leucoium ſylueſtre floribus luteis, paruis, flor. Iul. Argent.

Leucoia, rara, floret Nouem.

Libanotis, coronaria, rosmarinus, floret Septem. & Octob.

Libanotis Italica vel Ferula, floret Iulio.

Libanotidis species ex Italia, floribus luteis in vmbellis, &c. flor. medio Iul.

Libanotidis ferulaceæ genus, ex Italia missum, his annis, in hortis nostris satum nō potuit semen perficere ante frigora, etiam Octob. Perfecit postea anno 57. circa medium Octobrem pauca, eadem planta, quæ iam annos durauerat circiter octo, & fortè diutius durat, quod seminibus maturandis non exhauriatur & radices validas ac liquore plenas habeat.

Lichen, hepatica, flor. Iun.

Lichen, flosculis stellatis, loco humido, Sym rad (non videntur odorati, vt in lapidibus) flor. Iul.

Ligustraria, qua pro elleboro nigro quidam vtuntur, flor. in fine Apr.

Ligustrum, incipit florere Maij medio.

Ligustrum, vel (vt aliqui putant) phillyrea, Iunio plerunq; floret.

Ligustrum, Beinhültzen / Kerngerten / fructum fert Sept. Octob. & Nouemb.

Ligustrum aquaticum, faulbaum / za-

pfenbaum/in medio medicinæ vſu, Septem. fructum habet.

Lilium Mariæ, quod quidam narciſſum putant: mihi non videtur, vnſer frauwen gilgen/flor. April.

Lilij genus quod pro Aſphodelo vſurpant, floret Maij medio & fine.

Lilium rubrum flor. Maio.

Lilium album in fine Iunij: & croceum, vel rubrum, medio eiuſdem floret.

Lilium aquaticum, vide Acorus falſus.

Lilium conuallium, cui & nomen apud nos ab hoc menſe, Meyenryß/floret Maio, & aliquando April.

Lilium conuallium, fert ſemen Iulio.

Limonium Fontanoni, in horto Didymi, flor. Iul.

Limonium noſtrum, vide Biſtorta.

Limonium, biſtorta rara, floret Auguſto.

Linaria, floret circa finem Iunij, aliàs medio eiuſdem: itemq; Iul.

Linaria, quam aliqui veterum oſyrim putant, flor. Aug.

Lingua herba, Natterʒung/flor. Maio.

Linum, floret Iun. & Iul.

Linum ſylueſtre, flor. Iul.

Lithoſpermi florum principia Decem. ſe oſtendunt locis tepidis.

Lithoſpermon, vnicaule locis cultis, floret Aprili.

Lithoſpermon minus, aruenſe, vnicaule & multi caule, Maio florent.

Lithoſpermon, floret Iun. & Iulio.

Lithoſpermum, milium Solis, ſemen fert Auguſto.

Locuſta herba, Nüßlekraut/in acetarijs grata, floret Iulio & Maio & præterea Nouembri.

Lotus vrbana gäl ſtundkraut/id eſt, Trifolium caballinum, floret Aug.

Lotus vrbana, floret Octobri & ſylueſtris, aliquando, pro ſationis diuerſitate.

Lotus ſylueſtris, floret in fine Iunij, das gmein ſtund kraut mit wyſſen Blůmen/ Vrbana eiuſdem generis, eodemque odore, flore tantum luteo, & ſiliquis differt, tardius in horto meo, ex Italia nuper miſſa, floruit Auguſto, Septembri, & Octobri menſibus, Itali veram melilotum putant.

Lotus ſylueſtris, id eſt trifolium caballinum, floret Iunio, & ſemen fert Auguſto.

Lotus ſylueſtris, zigerkraut/principio Iul. ferè defloruerat.

Lotus inodorus floribus luteis, criſpis, flor. Iun.

Loti vel Meleloti quædam species inodora, gâle Hubenkröpfle / primo quo nascitur anno, florem edit Iulio. Itemq; species alia maior, am katzen see.

Lunariæ species folijs oblongis, asperis, albicantibus, crispis plerisque: flosculis ceu in vmbello subflauis, singuli flosculi foliolis constant quaternis, reflexis. Seui initio veris, & Octobris nono primum, in vna stirpe flores apparuerunt: in alijs nulli dum.

Lunaria Græca, toto Aprili floret.

Lunaria montana circa stabula pecorũ, Höni / floret Maio.

Lunaria Græca, quæ siliquas latas producit, vna votundiores, altera oblongas, Augusto semen fert, ...

Lunarea lutia Alyssos quorundam, floret Aprili.

Lunaria Fuchsij, Mon kraut, alia quam lunaria arthritica, floret Iunio.

Lunaria in horto meo Flůblůmen / gâl / audio & albas inueniri circa Vesam. Græca, siliquis argenteis. Alia à Gratorolo missa, siliquis scabris, flosculis luteis, in planta à superiore anno relicta, florent Maio omnes.

Lunaria Græca fert semen Iulio.

Lupinus floret Maio, & Iunio, & in horto meo Iulio.

Lupus ſaliĉtarius flor. Aug. & eodem menſe ſemen habet.

Lyſimachij genus ſecundum quoſdam, quod herba ſcilicet Antonij vocatur, & filius ante patrem. Habet autem cum flore, ſemen quoq; partim maturum, partim etiam elapſum Auguſto menſe.

Lyſimachium luteum & rubrum radice lignoſa, weiderich/flor. Iul.

Lyſimachium flauum, incipit Iunij fine florere, paulò poſt purpureum lyſimachiũ.

Lyſimachij genus, in quo floſculus purpureus exilibus ſiliquis extremis enaſcitur, flores & ſemina profert Aug.

Lyſimachij genus flore rubro: & alterum luteo, floret Auguſto.

M

Mahaleb ad Vueſam ſemen facit Iul.

Maiorana, flor. Iul.

Maluæ tria genera Fuchſio: quorum primum vocat hortenſe, Ern roſſen/ nobis dictum quod meſſibus floreat, flore magno, & patulo roſarum inſtar, & ſimiliter aut multiplici, aut ſimplici flore, purpureo, vel candido: hanc Apuleius videtur haſtulã regiam dicere: (malua maxima,) Sed hanc veteri-

bus

bus pro hortensi, & satiua in cibis vsitatam fuisse, non est veri simile: quin potius vulgarem maluam: siue punilam siue maiusculam (quam Fuchsius arborescentem vocat. Non longè aliam dendromalachem id est arborescentem maluam cognoscimus) satiuam olim fuisse crediderim. Hortensis (inquit Fuchsius) floret Iulio, & Augusto præcipuè, flos ei diuturnus. Syluestris minor per totam æstatem & in maximam autumni partem durat: maior Iunio, & Iulio mensibus in primis floret. Est & aliud maluæ hortensis genus, paruum, pulcherrimum, quod Tragus depingit, & alceam peregrinam seu Venetam vocat, id quoque Iulio floret: Item aliud flore flauo, folijs integris in acutũ desinentibus, satiuum.

Malua maxima, hastula regia Apuleij Fuchsio, Ernrosen/gfült/einfach/wyß/vnd rot/flor Iul.

Malua hortensis maior, cui nomen apud nos à messe, flor. Aug.

Malua magna hortensis ernrosen / flor. in fine Iunij.

Malua vulgaris, flor. Aug.

Malua quædam domestica, item Die ern rosen/Septemb.

Malua crispa, magna, magnis & crispis

ambitum flolijs, floribus paruis, floret Augusto.

Malua crispa in horto meo, Septembr. floret & Octob.

Malua syluestris, flor. Maio.

Malua syluestris maior, Iunio & Iulio inprimis floret.]

Malorum genera initio Maij ferè florent.

Mala diuersorum generum, Augusto & Septembri maturescunt.

Mali vernæ, Theophrastus meminit Iunio fructum facere.

Malus præcox, paradyßle baum, fructũ Iunio fert, & Iulio.

Mala quædam in primis cotonea, & syluestria (quæ sint ex malis priora, quæ tardiora) Octob.

Mala insana maturantur Augusto: herba personatiæ ferè folijs, & caule.

Malum insanum Fuchsij & aliorum, flore cœruleo, apicibus luteis, flor. Augusto.

Malum insanum, in horto meo 59. Septemb. florebat, nullum ostendebat fructũ, neq; Augusto.

Marrubium floret, Iunio, Iulio, & Augusto.

Marrubio similis herba, verticillis suis aculea-

aculeatis, purpureis floribus, folijs mercurialis, &c. Veteres quidam huiusmodi alyssson describunt, flor. Aug.

Malua crispa, flor Iul.

Medica duplex. Satiua flore violaceo, Iunij fine floret: crescit ad duos cubitos, & vix iam sustinet seipsam: tertio anno altius crescit, hominis statura, & citius floret. Altera syluestris, medio & fine Iunij floret, corymbis flosculorum luteis: sapore eodem & reliqua specie similis: folia vtrisque modicè mucronantur: & versus mucronem margines leuiter exasperantur. Calidæ sunt in secundo gradu, inodoræ. Crescit hæc ad murum & in muro, & albi ad margines aggerum, & fossarum siccos.

Medica syluestris & hortensis, flor. Iun.

Medica ex Italia floribus violaceis, floret Aug.

Medica cœrulea in fine Maij flor.

Medica, vide inter Trifolia.

Melampyrũ vel Myagrus in horto meo, floret Maio.

Melampyrum, vide Myagros.

Melissa Fuchsij, flor. Maio & Iun.

Melilotus albus, flor. Iun.

Mellissophyllon flosculis albis, & peregrinum (quod fœtidius & magis cimices

refert)cœruleis,floret Augusto.

Mellissophyllum floribus pallidis, flor. Iulio.

Melilotus,lutea & alba, gulδiner klee/ eine güten geruchs / sunderlich so er δür ist als Theophr. liert.,Medica quibusdam credita,vtraque flore coloris violacei, & altera apud nos vulgari(locis saxosis) flaui,melilo to nostro similis inodora,&c.flor.Iul.

Melilotus lutea, & alba,odoratæ, florent Augusto.

Melilotus inodora folijs ternis à caule remotis,& ad caulem binis, gåle δuben kröpfle Lotus puto Fuchsij,flor.Iun.

Melilotus crispa,flore crispo, inodora, semina conuoluta habet cochleatim ferè vt medica, sed minus & minora, floret Iunij initio.

Meliloti inodori species in muro fossæ ciuitatis, in fine Maij flores habet in corymbis luteos. Calida est in secundo gradu,subacris,tenuium partium:non reperio in Trago.An Medicæ species?

Meliloto similis inodorata,capitulo florum rotundo,flauo,stein klee. Medicæ species aliquibus,flor.Aug.

Meliloti inodori species stein klee, quæ Me dica syluestris dici potest,flor.Iun.

Meliloti ſylueſtris ſpecies humilis, binis ê regione foliolis, cuius lutei flores, ſuauem quendam & ferè lactis odorem referunt: in prato infra turrim in Gärd / floret Maio & Iunio. Siliquas curuas & vnguium ſpecie profert Iunio adulto, vel in fine Iunij.

Melilotus agreſtris, flor. Iun.

Meliloti loco quidam herba trifolia floribus luteis, ſed inodora vtuntur: ſtein klee. Sed eſt alia quoque ſaxifraga lutea, quam ſic nominant, in Germania inferiore, folijs ferè aquilegiæ, radice lutea, floret Iulio.

Melo, vel Melopepon, floret Augusto.

Menthæ genera, flor. Aug.

Menta, flor. Iul.

Mentaſtrum florere incipit initio Iunij, Iul. & Aug.

Meum quorundam, alijs ſpecies ſeſelis, Bärwurtz / flor. Iun.

Meon aquaticum circa lacum felium, folia enim vt Meon Beerwurtz exilia & ſimiliter diuiſa habet, ijsque adnatas paſsim bullas quaſdam φακοειδεῖς, floret Iulio dentibularia nominetur (nam Meon alij aliud oſtendunt) ſine radice floribus flauis, &c.

Mercurialis,floret Maio,Iulio, Augusti. Septemb.Nouemb.

Merculialis fœmina,flor.Iun.

Merculialis syluatica mas & fœmina, sed ille rarior nobis, Martij medio floret. Merculialis syluatica,teste Trago, se occultat vel interit Maio vel paulò post.

Merculialis mas & fœmina semen ferũt Augusto.

Mespilus nostra, in fine Aprilis,quando que in Maio floret:fructum Octob. profert.

Millefolium vulgò dictum, garben/ album & rubens,flor.Iul.& Aug.

Millefolium flore rubro, floret Iunij medio.

Millefolium luteis floribus: item peregrinum vel odoratum,flor.Iul.

Millefolium aquaticum quoddam, flore albo ranunculi, insipidum, &c. floret Maio.

Milium,flor.Aug.

Milium Indicum vel Æthiopicum, anno 58.in horto meo flor.Iul.

Mießbeere fructum ferunt ad finem Martij, sub niuibus maturescunt, bim Fagen see.

Morsus diaboli,flor.Aug.& Sept.

Morus fructum fert Augusto.

Musca-

Muſcatella Cordi (Ophiogloſſ.) Maio interit vel ſe potius occultat.

Myagrus aliquando, relictus nimirum à ſuperiore æſtate, Feb. flor.

Myrica floret medio & fine Maij & Iul.

Myrica Iunij initio ferè defloruerat.

Myrrhis, id eſt cicutaria, vt quidam putant, flor. Maio.

Myrrhis cerefolij ferè ſapore, dulcior, floret anno ſecundo, medio & fine Apr.

Myrrhidis (ſic nominemus vel cicutariæ, vel Paſtinacæ ſylueſtris) ſpecies in vijs inter vites verſus Zollicken. Item Peregrina quædam ſatiua: vna olet folijs cuminum Romanum, alia veluti raphanum ſylueſtrẽ, habent radices magnas & validas, flor. Iun.

N

Nardus vulgaris, pſeudonardus floret Iun. Iul. defloreſcit.

Narciſſus ille quorundam, & Tragi verus, qui mihi potius anemone limonia videtur, noſtri Lilium diuæ Mariæ vocant, cuius floris odor ſuauiſsimus ſed lenis, floret Apr. & Maio.

Naſturtium floret Iun. Sept.

Naſturtium pratenſe, gauch Blůmen/

floret April. Itemque hortenſe anni ſuperioris.

Naſturtium paluſtre, floribus melinis, parum acre, flor. Maio.

Naſturtium aquaticum, floribus flauis, circa lacum, flor. Iul.

Naſturtiolum petræum, herbula omnium minima, floſculis candidis, floret Aprili.

Nigella, flor. Maio.

Nigella flore luteo, flor. Iul.

Nigella coronata calyce, ſatiua, maior, folioſa. Minor ſylueſtris puto flore è luteo ſubuiridi: prior cœruleum florem habet, floret Iunio.

Nigella ſatiua, flor. Octob.

Nigella, Schabab ſemen edit Iulio, Auguſto.

Noli me tangere, flor. Iulio, & Iunio: locis verò frigidioribus & vmbroſis, medio, & fine Auguſt.

Nummularia floret in fine Maij (& genus minus acutius erectum in ſyluis) floret & Iunio.

Numularia Fuchſij, Vide Centimorbia.

Nux Iuglans, iulis verè floret: Auguſto & Septembri matureſcit fructus & excutitur.

Nux veſicaria, pimpernüßle/ floret Maio: matureſcit Septemb.

Nux Methel, Vide ſtrammonia.

Nymphæa vtraq; apud nos Maio, Iunio que floret.

Nymphæa lutea floret Iulij principio in lacu noſtro.

O

Ocimũ baſilicũ fl. Iun. & Aug. Baſilien.

Ocimi duo genera, klein vnd groß Basilien/ florent Iulio.

Ocimum, baſilicum medium, album & purpureum, & ocimum citratum, odore me liſſæ in horto meo, flor. Aug.

Ocimi folijs herba circa ſæpes naſcens, floſculis albis, poſt quos verrucæ relinquũtur, flor. Aug. Heliotropij genus aliquando putabam.

Ocimum Tragi, heidenkorn: quod aliqui eryſimon Theophraſti putant, flor. Iun.

Ocimoides, flor. Sep.

Ocimoides album duplex, rubrum duplex, & flauum, quod ſemel tantùm vidi Lindauiæ in horto Matthiæ Kurtz mercatoris, floret Iulio.

Ocimoides rubrum, quod floret in Iunio, in hortis conſitum.

Ocimoides rubrum, rarum inuentu:

& facilius in montibus quam alibi, floret Augusto

Ocimoides rubrum alpinum, Maij medio floret: & mox etiam album, quod tamen aliâs Iunio primum floret. Huius flores in sole flacescunt, vesperi & nocte redintegrantur: rubri semper integri manent, minusq; odorati sunt. Videtur & Ocimoides quoddam album minus odoratum esse in horto meo.

Ocimoides albo flore, calyce purpurascente vel viridi: vnum, medio apicem exerit: minus odoratum: alterum non, odoratius, quod eodem die marcescit: eadem differentia est in purpureis, floret Iunij fine.

Ocimoides albis floribus odoratis, quod aliqui non rectè ben album vocant, vt alij polemonium, Lidweich mit linden/ harachten Bletteren/ gstaltet wie die grosen Basilien/ vt ego interpretor, flor. Aug.

Ocimoides purpureum floret in fine Apr. & Octob.

Ocimoides purpureum dilutum albo cognatius odoratiusque alpino, etiam die se claudit: at album alpinum non clauditur, flor. Maio.

Ocimoides croceo flore, floret Iunij medio. Vocari verò sic potest propter flo-

ris

ris ſpeciem, omnino inodorum tamen.

Ocimoides peregrinum maius perenne: & minus, quod eodem anno floret, floret Auguſto.

Ocimoides peregrinum minus, floret Septembri.

Ocimoidis ſpecies peregrina minor, Auguſt. ſemen profert.

Ocimoides iam rarum, circa finem Nouemb. menſis floret.

Oenante herba filipendula, floret Iunio.

Oleæ plantula, in calidioribus locis Germaniæ, vt circa Rhenum, floret circa S. Ioannis diem, in Iunio.

Oluſatrum in horto noſtro floret Maio anno ſecundo puto à ſatione.

Ononis floret in fine Iunij & Iulio.

Ophrys Fuchſij, quæ aliſmatis ſpecies videtur, Maio & Iunio menſibus floret, deinde euaneſcit circa feſtum D. Ioannis Baptiſtæ.

Orchis, vide Satyrium.

Orchis, genus bifolium ante caulem, cùm & bulbum vnicum oſtendit, poſtea caulis accedit, flores è viridi pallidi, & foliola alia in caule, floret Maio.

Orchis genus illud rarius & elegás, quod m flores habeat albicantes, minutos &

punctis rubicundis aſperſos, capitulum oſtendit puniceum, quod floribus nondum apertis conſtat, floret in Maio.

Orchis gen⁹ illud quod Tüfels angſicht vocant, flore albo, item flore purpureo, vel communi, floret Iunio. In genere teſticulorum, odoratiores ſunt, quibus floſculi minores.

Orchis, id eſt, teſticuli herbæ genera quædam: ex quibus id quod Serapiadem vel triorchin aliqui eſſe putant, in fine Maij, & initio Iunij apparet, deinde nuſquam inueniri poteſt.

Oreoſelinum aliud circa Baſileam, floret Iulij principio.

Oreoſelinum von Baden, floret Iul. & aliꝫ ſpecies duæ oreoſelini.

Origanum vulgare, floret Iunij fine, Iulio & Auguſto.

Orminum hortenſe & pratenſe ſcharlach, floret Iulio: ferè enim tardius floret ſatiuo. Sed Fuchſius orminum vtrunq; Iunio menſe floribus & ſemine prægnans eſſe ſcribit.

Orminum hortenſe, id eſt, Gallitricum, vt recentiores multi putant, Scharlach/vel potius alectorolophos, id eſt, gallicriſta, à folijs criſtæ gallinaceæ inſtar ſerratis, vnde & gallitrici vox corrupta videtur, floret

Iunij

Iunij principio & medio.

Orminum ſylueſtre, floribus purpureis, nunquam prius mihi viſum, floret 8. Iunij.

Orminum ſylueſtre, vel ſchlarea ſylueſtris, flore albo: & commune cœruleo, floret Maio.

Orminum ſylueſtre, quod & cœruleum & album inuenitur, floret Iunio.

Orminum vel gallitricum ſylueſtre, flore cœruleo, ſemen fert Iulio.

Ornithogalum, florel April.

Ornus, groſſer målboum/welåſch, vt ego interpretor, floret Iunio.

Ornus aucuparia, welåſchen, Aug. fructum fert, & Sept.

Orobanche noſtra, quam nonum ſatyrij genus Tragus facit, floret Maio.

Orobanche Ruellij, floret Aug.

Oxalis, floret Maio.

Oxyacantha, Berberis, Erbßlen. Sed aliqui ſpinam albam vulgò dictam oxyacantham potius eſſe aſſerunt, quibus aſſentior: vtraq; floret Maio, fructum facit Aug. Sept. & Octob. Auguſto autem collibus & locis calidioribus.

Oxylapathum vulgare, floret Aug.

Oxys, alleluia, floret April. & Maio.

P

Panaces Chironium, herba Doria, ni fallor, quorundam, nonnulli Limonium Matthioli vocabant, quod tamen non probo: in horto meo floruit Iunio, aliâs Iulio, primo gradu amara.

Panicum, floret Iunio.

Papauer satiuum, floret Iunio, & Iulio.

Papauer cornutum, floret Iunio, Iulio & in fine Maij. Semina fert Nouembri.

Papauer erraticum, floret in fine Maij, Iunio, Iulio et Augusto: semen fert Septembri.

Paris herba, quam aliqui non rectè aconitum pardalianches faciunt, floret Maio.

Parthenium, matricaria, floret Maio, Iunij medio vel principio potius, & quandoq; Iulio.

Pastinacæ genera tria, radicum colore distincta, florent Iulio.

Pastinaca maior, Pastaney, semen fert Augusto.

Pastinaca erratica purpureo apice in medio vmbellæ candidæ, vogelnåst, floret Iunio & Augusto: semen profert Septembri et Octobri.

Pastinacæ genus erraticum vmbellis luteis, elaphoboscus quorundá, floret Iunio.

Pastinaca syluestris, vmbellis luteis, Gren

kraut/

fraut,diuerſa à Dauco ſylueſtri, quem Dioſcorides Paſtinacam ſylueſtrem vocat: floret Iunio & Iulio.

Pecten veneris,floret Maio, in aruis, qui poſt flores albos relinquit ſiliquas tanquam acus:& Iulio.

Pelecinus floret Octob.Securidaca.

Pelecinus ſylueſtris, herba & frutex in colle propè Scaphuſiam, floret Maio.

Pentaphylli,id eſt,quinq; folij,tria genera,florent Maio.

Pentaphyllum,floret Iulio.

Pentaphyllum minus,quod locis apricis & ſiccis naſcitur, præcipuè collibus, floret Mart.aliâs Septemb.

Pentaphyllum petræum,in ſaxis iuxta aditum fodinæ Ferrariæ in monte ſupra Sergans:ſed plantæ erant paucisſimæ,floret Augusto.

Pentaphyllum erectum,magnum, candidum ſubdus,trib9 aut amplius à radice caulibus,floret Iunij initio.

Peplus,eſula rotunda,floret Iulio.

Peplus,floret Maio.

Perfoliata,Durchwachs, floret Iunio.

Perfoliata alia, quam aliqui ineptè centaurium maius vocant, floret in fine Iunij in colle vbi calamentum gegē der ſylbrugg.

Flores in corymbis sunt lutei, folijs octenis conditi, subamari, bono sed leui odore. Item in colle ob der Spitaaler wysen.

Perfoliata rubra, Iunio floret.

Perforata, vide Androsæmon.

Periclymenon, caprifolium, incipit florere Maij medio & fine, Iunio & Iulio: itemque Augusto, semen Septembri producit.

Periclymenon, Speck gilgen, principio Septembris floret. Bis floret in anno eadem æstate, sed fructum post secundum florem non potest perficere.

Periclymenus minor, gemellis acinis, rubentibus viscosis, Iulio fert acinos.

Persicus cuiuscunq; generis (trium generum) floret April.

Persicus Armeniaca, Berillele, floribus albis, odoratis, floret Mart.

Persicus, fructum Sept. profert.

Parsica duracina, carne rubenti, matura sunt Octob.

Persicaria maculata, quam aliqui molybdænam vocant, flore purpureo & albo, floret Iulio, & Iunio.

Persicaria, vide hydropiper.

Personata lappa maior, floret Iulio & Septembri.

Personata

Perſonata, Lappa maior, cuius ſeminis ad calculum vſus laudatur, ſemen fert Octobri.

Pes anſerinus Tragi, & Fuchſij, Sewtod, nimirum Chenopus Plinij, floret Iulio.

Pes leonis, Sinnaw, floret Iunio.

Petaſites, peſtilenz wurtz, floret Martio, Aprili, & quandoq; Feb.

Petroſelinum Fuchſij, ſi in hortis ſeratur: putat autem id eſſe quod officinæ vulgò amomum vocant: neſciens fortè Galenũ ſcripſiſſe petroſelinum, verum & Macedonicum propriè dictum, adeo amarum eſſe, vt amarore ſuo totam Theriacam inficiat, quod amomo vulgò dicto non conuenit, id ego igitur potius ammi verum, aut cuminum Æthiopicũ eſſe ſuſpicor. Pro vero autem petroſelino aſtrantia noſtra, vti conſulo, donec verum adferatur. Iam enim ex Macedonia & Cõſtantinopoli nuperrimè quoſdam detuliſſe audio.

Peucedanum Fuchſij, floret Aug.

Peucedanum in horto meo, caule dodrantali, folijs craſsiuſculis per terram ſparſis, vmbellis albis, floret Maio.

Phalangitis, graßgilger, aſphodeli fœmina quibuſdam: Et eiuſdẽ ſpecies maior montana, odore & ſapore in flore radiceq; lilij albi, floret Iul.

Phalangium vel phalangites Kentmanni, in fine Iunij floret, die wilden gras gilgely.

Phalaris folijs arundinis, flore gramineo, pallido, ſpica elegante & conferta, latiuſcula. Olingerus Norinberga miſit, floret Iulio.

Phillyrea noſtra, Ferngerten/floret Maio.

Phœnix, roten wilden haber. Iunio floret.

Phu tota æſtate floret. Fuchſius, qui Phu in maius, hortenſe, & minus, vulgare diſtinguit. Eſt & ſaxatile quoddam montanum, & paluſtre minimum, quod Aprili floret.

Phu hortenſe (& ſylueſtre in horto meo) circa finem & medium Maij floret & ſemen fert Iulio.

Phu (maius) Dioſcoridis, floret Iunio.

Phu ſaxatile, & phu paruū ſaxatile, quod in vmbroſis & humidis montium ſaxis creſcit, floret Aprili.

Phu minimum ſylueſtre, geniculatis radiculis, floret Aprili.

Philoſella maior & minor. Maio & Iunio florent.

Pimpinella, floret Aprili, Maio & Iunio: Maior in pratis humidis Iulio : ſemen facit Iunio & Iulio.

Pimpinella, quæ & ſanguiſorba, Maio & Iunio floret.

Pirus plerunq; cum cerаſo, floret Aprili.

Pirorum

Pirorum genera diuersa maturescunt August.& Sept.

Pira quæ à fœno denominamus heuwbyren, quod hæc sola immatura etiam fœno obruta & calore emollita, edantur, Iulio maturescunt.

Pira præcocia,& superba, Muscat byrle, Iulio maturescunt.

Pira quæ nostris heerenbyren, maturescunt Aug.medio.

Pira quæ schürbyren à nobis, maturescũt in fine Aug.& Sept.

Pira quæ nostris Grauw engstler dicuntur, à calore nomen habent, boni saporis, & succo mediocri prædita, id est, non sicca aut friabilia, maturescunt medio August.& post.

Pira quædam, præsertim strangulanea & syluestria, matura sunt Octob.

Pirola vulgò dicta, wintergrün, quam quidam limonium putant, floret Iunij principio: ego bistortam pro limonio semper habui, nec dum muto sententiam.

Pisum, floret Iunio.

Plantagines florent Maio & Aug. Iulio item, quo & semen edit, itemq; August. Nouemb.& Sept.

Plantago maior vel media potius, floret Iun.

Plantago minor,floret Iul.
Plantago aquatica, quam aliqui alisma veterum esse putant,floret Iunio.
Plantago aquatica semen fert Iul.
Pœonia,floret Maij principio & medio.
Pœonia,floret circa finem April. Mas in principio in horto meo, alias in fine, loco vmbroso & hyeme longiore.
Polemonium,floret Maio & Iulio,præsertim eius principio.
Polemonium Dioscoridis,floret Iul.
Polemonium petræũ, floret Iulio:& hoc & Dioscoridis dictum,suauius olent vesperi:in meridie flos ferè euanuit,vt hesperides dici mereantur, vtriq; ferè idem odor, suauis,non plenus.
Polemonium:quod duplex esse puto, vnum maius & longioribus folijs, nisi natalitij soli differentia est,floret Iun.
Polemoniũ,Widerstoß,vt ego interpretor quod aliqui ben albũ nõ rectè vocitant, vt aliqui ocimoides album,in quo genere etiam rubrum habetur. Polemonium verò album tantùm,floret Aug.
Polemonium Fontanoni in horto meo, floret Iunij principio.
Polemonium viscosum vel saxatile, floret Iunio.

Polemo-

Polemonium paluſtre, vide Gratiola.

Polemonium petræum, floret Maio, ſemen fert Iunio.

Polium noſtrum Maij fine & Iunij principio floret.

Polycnemon, langer deſt, floret Aug.

Polycnemon, origano ſimile, floret Iulio & Septemb.

Polycnemon origano vulgari ſimile, ſed rarum, Lunariæ ſpeciem refert, folijs oblongis, aſperis, albicantibus, criſpis pleriſque: floſculis ceu in vmbella ſubflauis, ſinguli floſculi foliolis quaternis conſtant. Seui initio veris, & Octobris nono primum flores apparuerunt, in alijs verò nulli dum.

Polycnemon origano ſimile, quod & Clinopodion fortè appellari poſſet à figura: nam verticillum florum, aut ſeminum in ſummo caule impoſitum habet, veluti capitulum, vna hæc herba, quod ſciam, ſemen Octob. facit.

Polycnemon vel Clinopodion maius ſemina gerit rotunda & ſubruffa, Nouembri.

Polygonatum, Weyßwurtz vtrumque, initio Maij floret, vel medio: alterum tamen prius ſæpe Aprili.

Polygonatum erectum, ſemen fert Aug.

Polygonon, wägtritt, floret Aug.

Polypodij radix colligenda est in fine Augusti.

Polytrichum Apuleij, vt quidam vocant, guldinwiderthon, floret Iun.

Populus suis iulis, floret Mar.

Populi nigrę gemmę turgentes colliguntur mense April.

Populi nigræ gemmæ, mensis Sep. 19. turgere succo suo flauo vidi: & fortè is hoc tempore vtpote sicciore melior est, & minus aqueus quàm vere.

Porrum, floret Maio & Aug.

Porrum sectiuum syluestre in rupibus ripæ Rheni zů Laufenberg, floret Iun.

Portulaca, Iunio & Iulio floret.

Potamogeton, Samkraut, floret Iul.

Prunella vulgò dicta, floret Maio, Iunio, Iulio, August. Septemb. Octob. & Decemb. mensibus.

Prunus plerunque cum cerafo, floret Aprili.

Pruni genera quædam vrbana, inter quæ tardissima sunt minima, cerea ferè per maturitatem. Zipparten, maturescant Septe. & Octob. Alia verò cerea magna sunt, quæ Augusto, si benè memini maturantur.

Pruni genus, maturescit fructibus circa finem

finem Iulij, cui fructus parui cœrulei dulciores, blauw kriechen.

Pruna cerea vel cereola, magna subdulcia, minima subcœrulea, acida, parum humida, Wyn kriechen, maturescunt Aug.

Pruna nostra maturescunt Augusto.

Cœrulea, blauw kriechen.

Haber kriechē kleiner dañ die anderen.

Weyn kriechen/kleine sure, subcœrulea vt & Haberkriechen.

Wyß kriechen/tardi⁹ aliquando matura gar vnd gar wyß.

Bocksbödle halb wyß / halb rotlecht/ aluum puto magis soluunt: & hæc aliqui alba vocant, sed minus propriè.

Prunus syluestris, in fine Martij floret plerunq;, & April. principio.

Prunus syluestris, spinus, Schleehenbaum, Sept. & Octob. maturus est fructus.

Pseudamonium, floret April.

Pseudochamædrys, Schaaffkraut der wild, caule puto simplici & longiore, floret Iunio.

Pseudochamædrys, gamanderle, floret Maio.

Pseudocyperus corymbis fœtidis, semen fert Iulio.

Pseudomelanthium, Ratten, floret Iun. ◦ men fert August.

Pſeudonardus, vide Nardus vulgaris.

Pſeudorhaponticum, folijs oblongis, florere puto menſe Iunio circa finem.

Pſyllium, Iulio & Aug. floret.

Ptarmice, floret Iunio & Auguſto, quam Ruellium quidam ſequuti pyrethrum paluſtre eſſe putant. Ego verò aliam noui ptarmicem montanam, folijs ferè plantaginis, flore aureo, radiculis ruffis, non ſine odore, acribus, Gälbe müter wurtzen.

Pulegium ſaxatile (regale puto quibuſdã) polycnemon fortè, floret Iulio.

Pulegium ceruinum, floret Iulij fine Monspelij.

Pulmonaria Plinij, floret Mart. & April.

Pulmonariæ Plinij ſpecies, ſine maculis foliorum, kleine walwurtz, floret April. Vide Symphytum.

Pulmonaria Gallis vulgò dicta, floret Maij fine, ſemen fert in Iulio.

Pulmonaria muralis, Büchſpick, ſpecies ſylueſtris Lactucæ, fortè reſeda Plinij: nam ſimilis eius vſus eſt hodie apud nos ad collectiones aut inflammationes ſedandas, præſertim Paronychias, in quarum remedijs multi etiam incantationes adhibent, magis quàm ad vllas alias inflammationes, &c. floret Auguſto.

Pyre-

Pyrethrum,in Aprili floret.

Pyretrum alpinum chamæmalo ſimile, (perenne) radicibus repens, floret Iulio in alpibus noſtris.

Q.

Quercus circa diem D.Georgij flores ſeu cachryes ſuas emittit.

Quercus quædam fructificant,circa diem D.Bartholomæi, aliæ tardius.

Quercus quædam glandes ferunt,quædam etiam pilulas fungoſas : in quibus vermiculi conduntur : aliquando ſquamulas rotundas,candidas, in ſiniſtro foliorum latere,quas ruſtici floſculos vocant, indiciũ copioſi prouentus glandium anno ſequente:glandes Septemb. producit.

Quinquefolium,floret Iunio.

Quinquefolium minus in locis ſiccis, radicibus ſuis repit, floret Aprili & Maio.

Quinquefolium paluſtre floribus puniceis,radicibus repens oblongis , floret medio Maij.

R

Ranunculi genera hortẽſia & ſylueſtria,ſardoniũ,aruenſe,echinatis ſeminib. Aquaticũ flore plantaginis: & alterum minimũ folijs

minimis,multifidis,vt in cottula.Item flammeus. Item maior albus nõ hortensis, tantũ puto apud nos:florent Maio.

Ranunculi species diuersæ,& quę apium risus vocatur,florent Iunio.

Ranunculi genus primum, Martio floret & initio Aprilis, deinde disperit.

Ranunculi genus quartũ Fuchsio, quod vulgò vocamus Martios flores, qui albi & purpurei sunt: & secundùm Fuchsium etiã lutei,apparent Martio & Aprili.

Ranunculus sardonius, quem apium risus vocant,& alius quem aliqui flammulam, floret Aprili.

Ranunculus sardonius semen fert Maio.

Ranunculus hortensis,albus flore denso, florem ostendere incipit in fine Aprilis.

Ranunculi quidam(hortensis,flauus,dẽsus)florent Iulio.

Ranunculi pratenses pauci,florent Oct. vt & hortensis,flore denso,paucus.

Ranunculus pratensis sine plumbo: cæteri enim præter aquaticos,pleriq; plumbum id est,maculas nigras habent,Causticus:florent Aprili.

Ranunculus pratensis,floret Septembri.

Ranunculus pratensis, hirsutus, floret Augusto.

Ranuncu-

Ranunculus albus in summo Braulio, monte Rhetorum, folijs simplicibus oblongis, angustis, &c. flor. Iul.

Ranunculus sylvestris, albus, fidertsche/ medio April. flor.

Ranunculus alpinus petreus, albus, ex monte Pilati mihi translatus, flor. Apr.

Ranunculus palustris, quem Dodonæus ouibus exitialem esse scribit, flor. Iun.

Ranunculus palustris am katzen see/ floret Iulio.

Ranunculus chamæmeli folijs, rara herba & caustica, locis palustribus, flor. Apr.

Ranunculus, rarus, flor. Nouem.

Ranunculus hannen füß/plumbum habet: interea serpit, in olera recipitur, flores habet maiores, iuxta semitas crescit, Maio floret.

Ranunculus humilis, radice crassa digitali, causticus, rarus, flor. Apr.

Ranunculus paruus calyce inuerso, floret Maio.

Ranunculo cognata herba, quæ in olera admittitur, flor. Aug.

Raphanus æstate, floret Iul. & Octob.

Raphanus maior, flor. Maio.

Raphanus sylvestris rapistrum, siliquis acum natis, acribus, flore albo, flor. Maio.

Rapiſtrum flore albo, vel ſinapi agreſte, flor. Iun.

Rapiſtrum flauis floribus, heiderich/ floret Iul. Auguſt. & Octob.

Rapum, flor. Iun.

Rapum ſylueſtre, flore

Calathi, cœruleo (Vuularias etiam vocant.

1 Maius, quod medium putant, & albo etiam flore inuenitur.

2 Minus, quod ſuis radicib. ſerpit.

3 Die rächten rapüntzle/ in quibus cœruleus color dilutior eſt.

4 Petræum, in muris.

5 Partenſe, flore in corymbos collecto.

6 Vnguium inſtar recuruatis in ſummo floribus, in collibus & montib.

7 In ſpica quadam, in ſyluis, folia maculoſa.

8 Non Maculoſo.

Rapum ſylueſtre, rapüntzle/ floret Iun. Iulio. Itemq; minus.

Rapi ſylueſtris ſpecies parua in muris, campanulis cœruleis: primum & fermè violæ folijs minoribus, flor. Iul.

Rapi ſylueſtris genus pratenſe, puniceo flore in corymbis, conferto, & ſyluaticum in mon-

in montibus cœruleo, floret Maio.

Rapum ſylueſtre petræũ, augen kraut/ fleckenkraut, flor. Aug. Vide Vuularia.

Rapum ſylueſtre, Rapuntzle/ duorum generum, commune quod proceriſsimum eſt: minus cui corymbi ſunt in ſummo: medium folijs latiuſculis, non longis vt primũ, (ſunt & ſylueſtria quædam genera.) Item minimum petræum in muris ciuitatis, florent Iunij fine.

Rapunculi ſylueſtris genus floribus cœruleis in ſe recuruis: Item die rächten Rapuntzle/ flor. Maio.

Rhamni genus Sandthorn/ fronthorn/ fructum fert Septem.

Rhaponticum ſpurium, flor. Iun.

Rhaponticum ignobile, collinũ vel pratenſe folijs anguſtis, valde diſſectis, flo. Aug.

Rhapontici genus degener, flore rubro, calyce ſquaroſo, flor. Septem.

Raponticum minus & degener, calyce infra florem, protuberante ſquamis alternis virdibus & fuſcis corticato, flor. Iul. Vide Centaurium.

Rhododaphne vera, in horto Maſſarij, flor. Iul. medio.

Rhododaphne, pumila, vel filius ante patrem maximus, flor. Iul.

Rododaphne minor vel herbacea feur-kraut / floret in fine Iunij aliâs in principio.

Ribes vulgò dictum, floret Martio, Aprili, Maio.

Ribes frutex vulgaris, cuius fructus, à tempore, acinos D. Ioannis vocamus, Iunio producitur.

Ribes syluestre, aquaticum, sabinæ ferè odore, flor. Apr.

Rosa Maij sine spina, floret April. medio & fine.

Rosæ minoris fruticis, quæ à Maio denominantur, Meyen rösle: circa Maij medium florent in monte Alpio propè Tigurum copiosè proueniunt: inde in hortos transferuntur.

Rosa vna & altera etiam Augusto, in roseto meo nascebatur.

Rosæ, primum albæ, deinde purpureæ vel incarnatæ, tertio rubræ, florent Iun.

Rosæ albæ & incarnatæ dictæ: & cynorhodon, flor. Maio.

Rosę semina Septembri maturescunt & Nouemb.

Ros solis, die 20. Iulij iam ferè defloruerat.

Rosmarinus, flor. Maio.

Rubia satiua in horto meo, floret Iulij fi-

lij,fine,minima squinantia.

Rubię genus prauum, asperula puto, folijs per genicula inferius quaternis, superius binis, floribus albis, specie vt in Phu, floret Iun. & Iulio.

Rubia syluestris, flor. Iun. & Aug.

Rubia alia parua syluatica flosculis paucis violæ dilutæ colore, flor. Iul.

Rubea syluestris, waldmeyster / floret Augusto.

Rubea minor syluestris, flor. Maio.

Rubiæ syluestris species hepatica, hertz froyd / flor. medio & fine Maij, & Iun,

Rubea syluestris, floret Augusto, Sonchi genus vt videtur, floribus luteis, pastillicantibus, barbatis multis, calyce foliosa (vt & lactucæ syluestris genus quod in area creuit, & after Fuchsij) folijs molliter aculeatis, flor. Augusto.

Rubia palustris parua, flor. Iul.

Rubus humilis, chamæbatus, floret Maio & Augusto.

Rubus maior, & minor siue chamæbatus sua mora maturant Aug.

Rubus maior Augusto, & Septembri fructus fert.

Rubus maior, & florem adhuc, & fructum Augusto mense producit.

Rubus Idæus, hindbeere, Maio & Iulio floret.

Rubus idæus in montibus ſemen fert Auguſto. Et quidam in monte Pilati ſine vlli ſpinis.

Ruſcus in horto meo ſemel perpaucis floſculis Martio floruit, anno 1562. & rurſus 6.. pluribus.

Ruſcus floret medio & principio Apr. in horto, medijs è folijs floſculi radiati cum orbiculo puniceo in medio.

Ruſcus florũ rudimenta viridia, ſed clauſa Decemb. oſtendit.

Ruta floret Iunio, Iulio, & Auguſto: ſemen fert Octob.

Ruta capraria, floret Maio: ſemen fert Auguſto.

Ruta, rara, flor. Nouemb.

Ruta pratenſis, cui flos capillaris, vt viti ſylueſtri cauſticæ, flor. Maio.

Ruta pratenſis circa finem Aprilis

S

Sabina, flor. Apr.

Sabina fœmina rudimenta quædam germinum exiguorum ceu floſculos ſubluteos in ſummis ramulis in Martio & Aprili oſtendit.

Sabina medio & fine Maij floret exiguis flosculis quadripartitis.

Sabina baccas profert Septembri,&Octobri.

Sabina flosculis exilibus,quadrangulis, albicantibus,flor.Iunij principio.

Salices incipiunt florere Martio, & Aprili mense, sed ante cæteras syluestris latifolia.

Saliunca in horto meo è montibus Vallesiæ allata mensis Septemb. 7.flosculos ostendere incipit.

Saluia,flor.Iul.

Saluia nobilis, floret Iunio;communis etiam incipit florere medio Iunij,Iulio.

Sambucus Maij medio floret & circa finem eius,Iunio etiam: baccas fert Sept.

Sambucus montana vel rubra, floret Aprili.

Sambucus montana,Bůch holter/ acinis rubris,non in vmbella,sed κοτρυδὸν fert,in Iul. & Aug.maturescunt.

Sambucus aquatica Tragi, schwelcken/ in fine Maij floret, & eadem floribus densis hortensi cultu.

Sambucus aquatica flore denso sterilis: item in sepibus nascens,flor.Apr.

Sambucus aquatica Tragi: fructum Septembri facit.

Sampſucus, maiorana, flor. Iul.

Sanicula vulgò dicta, floret Maio & Iun.

Sanicula alpina, flor. Apr. & Iul.

Sanicula alpina, guttata, id eſt guttis ſanguineis in floſculis albis, flor. Maio.

Saponaria vulgò dicta, quam Struthium aliqui malè nominant, floret in fine Iunij, Iul. & Aug.

Satureia, flor. Iul. ſemen fert Octob.

Satureia ſed rara, flores ſimul & ſemina matura habet Octob.

Satyrium baſilicum, quod palmá Chriſti vocant, (vti etiam Ricinum) mas, ſine maculis foliorum floret Maio & Iunio.

Satyrium baſilicum fœmina, maculoſa folijs, Maio flor.

Satyrium baſilicum alpinum flor. principio Iulij: Rüßkölbly án à colore fuliginoſo? ſicut & Brendle? Styracem olet calamitham.

Satyrion baſilicum alpinum, Brendle à colore, rüßkölble, ab odore ſuaui puto, quo etiam roſas vincit. Kölble verò à figura flores in capitulum quaſi clauæ coacti, floret Auguſto.

Satyrij genus exiguum, in apricis montibus, flor. Iun.

Satyrij genus quoddam exiguum, autumno

tumno appetente, floret in vliginosis campis,& pratis, Septembri nempe.

Satyrion trifolium Fuchsij, quod potius orchis species fuerit, floret Iunio.

Satyrionis genus quadrifolium, folijs angustis, floribus purpureis, paruis, òdoratũ, lactis quodam odore, vt genus quoddam meliloti, flor. Iun.

Satyrion Erythraicum Augustæ in horto Herwarti/flor. Apr.

Saxifraga Fuchsij, floret Iunio, Maurrauten, vere, & æstate inuenitur, potissimũ autem Iunio, hanc ego adiantum nigrum dixerim, sed ea nunquam floret.

Saxifraga maior seu alba, cui radix multis granis orbiculatis compacta est, flor. Maio: Deinde statim euanescit.

Saxifraga alba in fine Iun. flor.

Saxifraga granata flor. albis, flor. Ap. Semen verò habet in fine Augusti, & Septem.

Saxifraga pinpinellæ similis, vel hircina minor & maior. Item maior alpina, purpurea vmbella in Pilati monte, flor. Iunio, Aug. & Nouemb.

Saxifraga hircina pimpinellæ similis, maior & minor: & maior montana, floret in horto meo in Iul.

Saxifraga montana, radice alba, nodosa,

quam nulli alteri compares nisi saniculæ albæ Hessorum, aut ægolethri radicibus initio: duplex est: alia folijs quinis, alia septenis, in vno coliculo, flor. Apr.

Saxifraga alba radicibus granulosis, floret Maio.

Saxifraga montana folijs quinis flore purpureo: alia septenis flore ex albo pallescente, floret ad finem Martij in horto meo.

Saxifraga aurea Dodonei, flor. Apr.

Saxifraga aurea Dodonei florebat Feb. cum tepidior ille esset.

Saxifraga lutea, vmbella parua, floribus albis sui generis, radicibus luteis, flor, Iul.

Saxifraga semen fert Nouemb.

Scabiosa, (trium aut quatuor generũ,) floret in fine Maij, Iunio, & Iulio. Paucæ florent Octob. & Nouemb.

Scabiosa læuis, flor. Octob.

Scabiosa læuis & hirsuta minor, floret Iulio.

Scabiosa læuis & hirsuta minor, insipida ferè & hirsuta maior in montibus florēt Augusto.

Scabiosa maxima incipit florere Iunij medio. Item communis læuis & media aspera, floret vt prima.

Scabio-

Scabiosæ

Hirsuta folijs

Semper integris, in collibus & montibus, humidioribus locis.

Diuisis, in der spitaler wysen alicubi.

Læuis, plenus est ager polij hac herba, flor. Iul. decimo simul omnes.

Scolymus, cinara, Artischock / floret Iulio.

Scordium, floret Iun.

Scordium in horto meo, floret Iulio, & Augusto.

Scorpioides secundum aliquos herba palustris odore borraginis, flosculis cœruleis, &c. vergißmit mein / floret Maio, Iunio, & Iulio.

Scorpioidi palustri cœruleæ cognata herba, sed floribus albis, nec ita in se retortis, floret Martio.

Scorpioides minus, in muris, kleiner vergiß nit min / flor. Apr.

Scorpioides Matthioli in horto meo, floret Iulio flosculis luteolis, binis, an semper?

Scrophularia maior, Brunwurtz / floret medio Maij. Vide Climenum.

Secale, Rocken / non (vt alij volunt) siligo, flor. Iun.

Securidaca,flor.Iul.

Sedum,id eſt,ſemperuiua, & ſpecies eius vermicularis dicta,florent Iunio.

Sedum maius vulgare,flor.Iul.

Sedum minus (vulgare) album & purpureum,flor.Iul.

Sedum minus obtuſioribus folijs, flor. Iunio.

Sedi genus tertium,illecebra, Maurpfeffer/floret Maio.

Sedi montani genus, fiſchzung/ floribus candidis,guttis ſanguineis,vt ſanicula alpina,flor.Maio.

Sedi vel Phylli montani genera quædam,vnum longè minimis foliolis in orbem circinatis candicantibus, floſculis albis. Et duo ſedi minoris genera floribus croceis, maculoſis perpulchris,flor.Aug.

Sferra cauallo Italis, floret Iunij principio.

Senecio,Freüt;blům/ floret Martio, Aprili,Maio,Iun.Iul.Octo.Nou.& Decemb. initio:In vineis Febr.Semen facit Octob.

Serpillum,flor.Iul.Aug.Septemb.

Serpilli quædam genera,odore inter ſe differentia:alia piloſa,albiora,alia glabra, alia ſatureiam odore refert quàm proximè & acrimonia ferè: quædam marginibus folio-

rum

rum punicantibus,florebat Iunij initio..

Serpillum acinarium, Mooßbeere/acinis rubentibus,ſubacidis,aſtringentibus,floret Maio. Incipit autem eodem tempore in paucis à ſuperioribus fructus ſe oſtendere.

Seſamoides Anglor.flor.Maio.

Seſelis genus in pratis paluſtribus, floret Aug.

Seſeli montanum,ſemen fert Aug.

Sideritidis vel geranij ſpecies,herba Roperti, Iulio floret. Herba Iudaica. (Cognata ei quædam ex loco vmbroſo,vß dem Hard/ in horto meo,caule quadrangulo,graui odore,floribus purpureis, tanquam vrticæ mortuæ dilutioribus.)

Sideritis prima quæ & Tetrahit, in aruis,floribus albis,flor.Aug.

Sideritis prima Matthioli : lancea Chriſti,flor.Iul.

Sideritidis ſpecies,gratia Dei,flor. Maio,& Iunio,& Octob.

Sideritis prima,Vide Lancea Chriſti.

Sideritis,Blůtwurtz/floret Maij medio, & fine.

Silybus in montibus, åberwůrtz/ floret Iulio,& Aug.

Sinapis duo genera Fuchſio , florent Iulio.

Sinapi ſylueſtre vel lapſana floribus luteis in aruis,flor.Iun.

Sinapium ſylueſtre quoddam luteis floribus,floret Maio.

Siſarum hortenſe,flor.Iul.

Siſarũ ſylueſtre Fuchſij, wildpaſteney/ floret Iulio.

Siſer, girgelin/ ſemen facit Septemb. matureſcunt Octob.

Siſymbrium capitulis purpureis & albis,flor.Aug.

Sium, cardamine, Brunnenkreſſich/ floret Auguſto.

Smilax hortenſis,id eſt phaſiolus, floret Iulio.

Smyrnium vulgo Libiſticum,flor. Iul.

Solanum,floret Iulio,Aug.& Septemb.

Solanum commune & lignoſum ſemen habet Nouemb.

Solanum perpetuum vulgò dictum aliquibus,ie lenger ie lieber/cui flores cœrulei, acini rubri,fortè Malacociſſus, floret Maio, Iunio,Iulio,& Auguſto,ſemen facit Aug.

Solanum veſicarium, halicacabus, alkekengi,flor.Aug.

Solanum Indicum, floret medio & fine Iulij ſtrychnodendron ad aquas ſtantes ferè.

Sola-

Solanum pomiferũ, poma amoris vulgò, flor. Aug. Iul. Iun.

Solanũ ſyluaticum, baccæ vna cum flore, Aprili.

Solanum ſyluaticum tetraphyllum, non propagat ſeſe in horto, flor. April. & principio Maij Früzlekraut.

Solanum ſomniferum vulgare, ſchlaaff-beere/flor. principio & medio Iulij.

Solani ſomniferi genus, flore purpuraſcente, cauo, inſtar calathi, vt hyoſcyami ferè, floret Maio.

Solidago Saracenica heidniſch wundkraut/flor. Aug. Virga aurea. Species eius alia maior neruo folij p uniceo, &c. in monte prope Sergans, flor. Aug.

Sonchus vterq;, Iunio, & Iulio floret, cicerbita, gensdiſtel.

Sonchus agreſtis marginibus foliorum aculeatis, Auguſto menſe ſemen & flores emittit, ſemen fert Octob.

Sonchi genus quoddam ſylueſtre, procerum, luteis floribus, ſubdulce, in horto meo, folijs non diſſectis, anguloſis, totum læue eſt, id eſt ſine aculeis, flor. Aug.

Sonchi ſpecies, terra criſpa, lactuca ſylueſtris Gal. flor. Iun.

Sonchi vel lactucę ſylueſtres, flor. Nou.

Sonchi ſpecies læuis, floribus lactucæ paruis,luteis : herba eſt odore grauiore quã aliæ huius generis, frigidior ſcilicet, in muris naſcitur,floret in fine Iunij,& Iulio.

Sonchi ſpecies,milchen/flor.Iul.

Sonchus pinguis, caulibus & neruis ru bicundis,floret & ſemen facit Octob.

Sorbus,fructum fert Septem.

Sorbus torminalis, quam Tragus pingit,fructum fert Octob.

Sorgi,welſcher hirß. Panicum Indicũ vocant Pariſijs,Iulio,& Aug.floret.

Spatula fœtida , quam aliqui veterum xyrin eſſe conijciunt,flor.Aug.

Spica nardi herba vulgò dicta,flor.Iun.

Spina ceruinã, floſculis viridibus circa nouos ſurculos confertim erumpentibus, odoratis,odore fragorum ferè perquam ſua ui,flor.Maio.

Spinæ ceruinę acini leguntur,meſsis tẽ pore Iul.menſe,ad croceũ colorẽ: autumno (initio Septem.)ad viridem:circa D. Marti ni diem,ad puniceum.

Sphondylium, floret Iunio, Aug. Vide Branca vrſina.

Spina alba vulgò quam eruditi oxyacantham putant,floret initio Maij.

Spinæ albæ ſpecies Fuchſio, vulgò carduus

duus Mariæ, ſtechkrut/floret Iunio & Iulio.

Spina alba Dioſcoridis, cardui genus, ſe-
men habet Auguſto.

Spina alba quorundam fructu echini ma
rini ſpecie rotunda, floret Iulio.

Spina ſolſtitialis, &

Spina citrina, Argentinæ in horto D. Di-
dymi Obrechti, floret principio Iulij.

Spina appendix, frutex ſpinoſus, quem a-
liqui oxiacantham putant, vulgò ſpina alba
dicitur, wyßdorn, Auguſto fructificat, Sep-
temb. & Nouemb.

Spinachia olus, floret Iunio.

Stachys herba alba, hirſuta, odorata, mar-
rubio congener, locis ſiccis & aſperis na-
ſcens, bicubitalis ferè, caule quadrato, ſuba-
cris, nulla verò amaritudine, quam ſuæ Sta-
chyi Galenus tribuit, marrubio congene-
rem eſſe figura odorq; oſtendunt, μηλίζει γὰρ
πῶς τὴν ὀσμὴν ὁμοίας τῷ πρασίῳ, deſcriptio Dioſcori
dis planè cum hac herba facit. Habet non
modò verticillos vt marrubium, ſed ſta-
chyn quoq;, id eſt ſpicam ſupra in qua flores
partim albi, partim purpurei, figura ferè vt
in vrticæ mortuæ floribus, minores, floret
Iulio.

Stachys Fuchſij, Riechender andorn, flo
ret Iun.

Staphisagria, floret Iulio.

Stichas, floret Iunio.

Stichas citrina, quam aliqui stichadem veterum, alij ageraton esse putant, Reinblůmen, floret Iulio.

Stramonia, folio oleracio, grauis odoris, vt venenatæ herbæ frigidæ. Flos conuoluuli, maior candidus: suaui odore nescio quali, medicato, alijs nux methel dicitur: Augustæ etiam albo flore reperiri audio, floret Aug.

Symphytum maius April. floret: semen Augusto fert.

Symphytum alterum, floret Maio, Iunio, Iulio, walwurtz.

Symphytum alterum minus flore cœruleo purpurascente, Blauwer augentrost. V. Pulmonaria, floret April.

T

Tamarix. myrica, floret in vere, Iun. pappos verò suos fundit, in quibus nimirum semen continetur, Septemb.

Tanacetum, floret Iulio & August. semen fert August.

Tanacetum fatuum, floret in fine Iunij.

Tanacetum minus dixerim, quòd Basileę circa Birsam nascitur, locis arenosis, odore

&

& ſapore tanacetum referens, imbecillius tantùm:vmbellis ad millefolium accedit.Ramoſa eſt herba, multis ab vna radice caulibus, cubitalis ferè, folia quoq; nonnihil ad tanaceti folia accedunt,minora.Flores ſunt minuti albicantes,radix lignoſa,fibroſa. Meminit eius Tragus in millefolio & tanaceto, ambigit inter vtrumque,floret Iunij initio.

Tarchon,floret Iulio.

Tarchon ſylueſtre ſerratis folijs,floret Iulij medio.

Taxus floret Martio:Acinos rubros vmbilicatos fert Sept.

Telephium,id eſt,craſſula maior ſeu faba inuerſa,vt quidam interpretantur.Sed mihi diligenter conferenti Telephium Dioſcor. (quod caput in veterib.exẽplaribus nõ legitur) eadẽ planè herba cũ tertio ſedi genere (Maurpfäffer) illecebra ſiue portulaca ſylueſtri(quod nomen vtriq; tribuitur) eſſe videtur.Cæterum faba inuerſa fortè fuerit epipetron Ariſtotelis, quod lib. 4. cap. 5. de partibus animal.etiam abſolutum à terra,& ſuſpenſum diu viuere ſcripſit, & Hippocrates in lib.de vlceribus,vbi Cornarius non rectè liguſtrum tranſtulit.Hippocratis locum citat Galenus libr.4.Methodi,epipetro ſiccandi vim tribuens,vt doctiſsimus medicus

Michael Alysius nos admonuit. Eadem & Anacampseros Plutarchi in libro de facie apparente in orbe Lunari mihi videtur, quá ait euulsam etiam virere & germinare adhuc: id quod facit ferè cacumine reflexo, nimirum quia paulatim siccatur, & ceu spasmo conuellitur, vt inde veluti amoris etiam redeuntis seq; reflectentis vim quandam habere superstitiosè existimata sit. Aniculæ nostræ talem vim vocant widerthon, vt in Adianto Apuleij. Hoc est quod Plinius dicit, vi anacampserotis herbæ amores vel cum odio depositos redire. Varinus quoq; meminit, apud Plutarchum non rectè anacampseros legitur. Nec aliud apud veteres reperio.

Thalictrum, Aprili floret.

Thlaspi quod Matthiolus pingit, bursæ pastoris dictæ planè similis herba, vt pro ea fallere legentem possit, adeò floribus, folijs, fructu & magnitudine totaq; specie illam representat, sed gustu acri: floret Iunio. Aliud est thlaspi Syluij, quod alliũ redolet. Thlaspeos folia non sunt incisa, vt bursæ pastoris adultæ.

Thlaspi Lucæ Gyni, amarum, floret Iulio in horto meo, Augusto & Octobri.

Thlaspi verum Tragi in aruis nascens, folijs cauli adhærentibus, vt in sesamo, vnicaule, &

le,& alterum multicaule in hortulo noſtro, floret Maio.

Thlaſpi allium redolens vnicaule, idem fortè Tragi, Maio floret.

Thymelęę genus illud (Zyland) & Februario & Martio floret, niſi nix impediat.

Thymelæę generis quod noſtri Zyläd vocant, baccæ Septemb. rubent, cum florem Februario ædat, vt nulli fortaſsis fructus à flore tardius perficiatur.

Thymelæa, vide Daphnoides.

Thymus, huic flos etiam pro ſemine eſt, Maio & Iunio floret.

Tilia vrbana, circa diem D. Vrbani (qui eſt Maij 25.) floret, ſylueſtris tardius quàm ſatiua.

Tilia vrbana: nam ſylueſtris ſterilis eſt, Auguſto fert ſemen.

Tithymalli quidam, vt helioſcopius, & myrſinites, floret Februario.

Tithymallus myrtites, principio Aprilis floret.

Tithymallus folijs myrti ferè ſubhirſutis, vnicaulis in aruis, alibi multicaulis, floret Maio.

Tithymalli ſpecies myrti folio, floret Iun.

Tithymalli genus paruum in cultis naſcens, quibuſdam peplus videtur, floret Nouemb.

Tithymallus minimus flores & semina ostendit Augusto.

Tithymallus heliotropius, floret Octob.

Tithymalli heliotropij semina in medio Nouemb. nondum matura reperi.

Tithymallus Helioscopius, floret principio Decemb.

Tithymallus Paralius albicans, in horto meo, floret Iun.

Tomentum (vulgaris herba) floret in horto meo Iul. medio.

Tormentilla, heptaphyllum serò apparere incipit, & cùm iam vites florent, Iunio floret.

Tormentilla, floret Iul. Aug. semen fert Augusto.

Tormentilla, vide Heptaphyllon.

Tribulus terrestris in hortis satus, floret Iun. & Augusť.

Trichomanes, carpitur ęstate, & autumni initio.

Trifolij pratensis tria genera, florent Iun. Maio, Octob. & Nouemb.

Trifolium pratense album, floret Iun. Augusť. Sept.

Trifolium pratense purpureum, floret Iunio & Aug.

Trifoliũ, steinklee (sapore medicæ) luteis

floribus,nullo odore,flor.Iul.

Trifolium odoratum Fuchsij,quod Matthæolus ineptè cytisum facit,omninò est Lotus,siue satiua,siue potius syluestris: vide supra,Lotus,floret Iun.

Trifolij species alta,inodora, florum corymbis flauis,circa aggeres & dumeta,nitroso sapore,folijs in summo tantùm incisis,floret Iunio.

Eiusdem puto species alia in horto meo sata,est Medica,flore violaceo, floret Iun.

Trifolium asphaltites,floret Iunio & Augusto.

Trifolium asphaltites verum.Primo quo nascitur anno,floret Iul.

Trifolium acre maculis foliorum, & ipsum albis, aliquando nullis puto, in collibus siccis & aruis aliquando,floret Iun.

Trifolij genus calidius & tenuiorum partium flore purpureo, rariore (folijs minus latis nec maculosis) aliquando per ambitum purpurascentibus,acribus in gustu,calidis in tertiò gradu, nascitur in collibus, itemque aruis, floret in fine Iunij.

Aliud genus in area mea(Medica est)floret Iunij fine,folijs mucronatis parum, post medium serratis, flosculis purpurascens, sapore nitroso.

Trifolij species floribus purpureis ad cœruleum inclinantibus per corymbos quinis aut senis, aliquando nouenis aut pluribus inodora, folia leuiter post medium serrata. Medica est, floret Iunio.

Trinitas, das guldin lăterkraut/alba, cœrulea, maior & minor, floret Februario.

Trinitatis (vt Itali vocant, nostri Hepaticam auream) flo. rudimenta, cœruleo colore proximè terram se ostendunt Decemb.

Triticum, floret Iunio.

Triticum vaccinum, Brand/kůweitzen, à Trago descriptum, inutile medicinæ, vitium tritici, floret Iulio.

Tussilago, Martio floret & etiam Feb. & Aprili.

Typha, knospen, floret Iulio, herba nascẽs in locis palustribus, gladioli aquatici folijs. Vocant autem locum palustrem Græci τίφος per iota, & sic typha etiam herba scribi deberet, nisi fortè differentiæ gratia à typha tritici genere per y scriberetur.

V

Valerianæ diuersæ, vna plantaginis folio, odoratissima, floret in Alpibus nostris, Iul.

Valeriana minima, semina fert in fine

Maij

Maij cauliculis pedalibus cauis.

Valeriana,vide Phu.

Verbaſcum , floret in fine Iunij , Iulio & Auguſto:Germanis wullkraut.

Verbaſcum murale,in muris ciuitatis noſtræ flores lutei in pappos ſoluuntur, vt in Conyzis in corymbis,floret Aug.

Verbàſci genus apicibus purpureis, floret Aug.

Verbaſco ſimilis herba in muris naſcens, flore luteo,&c.in nullo vſu,floret Sept.

Verbenaca ſupina , vt ego nomino,conſolida media quibuſdam dicta, flore cœruleo, blauw oder guldin gunſel,floret Maio & Aprili.

Verbena, floret Auguſto & Sept. ſemen fert Octob.

Verbena fœmina ſeu ſupina Fuchſij circa canis ortum floret,& colligi debet.Item verbena recta & mas floribus luteis,ſed aliquando citius. Sed poſterior eryſimi herbæ poti⁹,aut ſinapis ſimiliumúe(naſturtij, erucæ) genus ſylueſtre fuerit:ná cùm verbena nihil commune habet.

Verbena lutea Fuchſij,floret Aug.& Sep.

Verbena altera Fuchſij,floret Iun.

Verbena alba in locis vmbroſis, flor. Iul.

Verbena quædam rarior (è prouincia)

pulchrior & maioribus floribus, si benè memini, floret Iul,

Veronica, Erenbryß, floret Iunio.

Vetonica, floret Maio.

Vetonica, vide Betonica.

Viburnum: vide vitis syluestris, floret Augusto.

Vicia, floret Iunio.

Vicia minor, vogel wick, siliquę subrubrę antequam maturescant, floret Maio. Tuben wick. Vicia maior, ist schier wie erbs, eodem floret.

Viciæ genus floribus flauis, vide Aphace. Viciæ quædam species (an Aphaca) angustioribus, longioribus folijs, locis humidis, floribus è cœruleis ferè, ad ripam lacus, floret Iunio.

Alia flore luteo, folijs binis: an orobus syluestris? floret Iunio.

Viciæ syluestres, florent Iun.

Vitia quædam syluestris (circa sepes & alibi) floribus cœruleis, floret Iul.

Vicia montana, folijs latioribus, floribus subcœruleis, radice nigra. Vicia floribus rubicundis: Vicia syluestris flore purpureo, florent Maio.

Vincetoxicum, vide Asclepias.

Violæ Martiæ purpureæ seu nigræ odo-

ratæ & inodoræ:item albæ, quæ nigris præ-
ueniunt,florent.Mart.

Viola purpurea vel Martia, Iunio ſemen fert.

Violæ nigræ ſyluestres,florent Aug.

Viola matronalis Fuchſij,alba,purpurea, punicea, quam aliqui bacharin eſſe putant. Fuchſius hoc nomen ad imitationem vocis Germanicæ, *Frauwen veiol*, effinxit, nos quòd circa pentecoſtem florere incipiant, vocamus *pfingſtnägele*,floret medio Maij, Iulio & Auguſt.

Viola trinitatis vel ſepticolor,heptachr⁹, floret April.Maio, Iunio, Octob. Nouemb. Decemb.

Violæ purpureæ odoratæ, inodoratæ & ſepticolores dictæ,florent April.

Violæ inodoræ genus,quam vulgò Trinitatis appellant, à triplici colore florũ,aliqui iaceã,Iul.menſe & flores & ſemina edit.Itali Trinitatem vocant hepaticam terreſtrem.

Violæ inodoræ,quas noſtri vocant ſepticolores, Iulio menſe florent & ſemina proferunt.

Viola inodorata, quam ſepticolorem dicimus,floret Sept.

Viola multicolor inodora,floret Maio.

Viola quędã anonymos inodora eſt,è vio

laceo purpurea,inter fruges(Auicularia Syluij)floret Iunio.

Violæ genus inodorum,in aruis,albicás: in hortis purpureum & maius colunt,floret Augusto.

Viola flammea, vt quidam vocat, Caryophilli Indici vel Portugallici, floret Sept.

Viola dasypus,vide paulo ante in Clematide.

Viola alpina,folijs asari minoribus:flosculo cœruleo,campanulæ instar conglobato, sed minutatim dissecto, floret Maio.

Virga aurea,solidago Saracenica, floret Iulio.

Virga aurea,vide Solidago.

Virga sanguinea Plinij(quam aliqui cornum fœminam putant)Itali sanguanum vocant,hartrygel,floret Maio & Iunio : semen fert Septemb.

Viscum,veris initio floret.

Viscum baccas fundit Septemb.& Octo.

Vitis satiua floret Maio & Iunio, & quædam Iulio: locis verò calidioribus fructum profert Iulio & Augusto,& Septembri.

Vitis alba & nigra,floret Maio.

Vitis Idæa, heidelbere, vt ego ex Theophrasti descriptione interpretor,floret Maio:acinos suos cum cerasis maturat mense

Iunio

Iunio & Iulio. Itemq; moosbery, vitis Idæa maior Sueuis sic dicta.

Vitis Idæa duplex in alpibus nigra & rubra, cuius acini acidiores sunt, sine vmbilico, maturescunt Augusto.

Vitis syluestris caustica, nielen, quam & viburnum aliqui vocant, ab vsu viendi. Galli viornam vulgò. Fuchsius non rectè vitem nigram facit, Iulio & Augusto florent: semẽ profert Augusto, Octob. & Nouemb.

Vlmus ante folia florem Martio producit, qui & fructus eius est.

Vlmaria, in fine Iunij floret: semen fert Septembri.

Vlmaria, vide Barba caprina.

Vnifolium palustre, läberblůmly alicubi, semen Iulio fert.

Vrticæ, florent Iunio & Augusto.

Vrtica mortua flore purpureo, Martio floret.

Vrtica mortua, Binsaug, floret Aprili, & Augusto.

Vrtica mortua, floret Octob.

Vrtica mortua, Galliopsis, floret Decem. principio, & semen facit Augusto.

Vrtica mortua, Lamium, floret Maio.

Vrtica mortua, & cognata ei quædam in ripa lacus nostri, conceptaculis florum spi-

nosis. Vim habet discutiendi, floret Iul.

Vua crispa, Kruselbeere, floret Mart. Aprili, Maio.

Vua crispa, Galli grossularium vocant, unde Germanica vox corrupta videtur, nimirum quod acini eius crassi quodammodo, hoc est, pleni, & solidiusculi sint, maturescũt Iunio: Fructui præpilantur reliquiæ floris, etiam maturo.

Vua quercina circa radices quercuum, sub terra vere inuenitur, vt Christophorus Encelius obseruauit.

Vulneraria quædam corymbis florum luteis, dulcibus, glaux quibusdam, non rectè. Flores sunt penè wie gäle tubenkröpfle/hasenklee, floret Maio.

Vuularia siue campanula vulgaris, halskraut, alia quàm laurus Alexandrina, quam aliqui vuulariam vocant, floret Iulio.

Vuularia maior, flore intus piloso, ex cœruleo purpurascẽte. Campanula, halskraut, floret Aug.

Vuularia minima, Blauwer augentrost: cuius flos calathi vel campanulæ instar, cœrulei coloris est, herba lactescit, nascitur in muris & locis saxosis, floret Aug.

Vuularia pratensis, Braune gloggenblümen, vide Rapum sylvestre, floret Maio.

Vuula-

Vuularia illa quæ flores cœruleos habet, qui prodeunt è singulis per caulem folijs alternatim positis, multos verò & conferctos in summi caulis corymbo, floret Iun. Hæc puto humilior & pratensis est. Item altera maior, in horto meo, durat annos aliquot, radicibus puto se propagat, floret itidem Iunio.

Vuularia, vide Rapum syluestre petræũ.

X

Xanthium, Lappa minor, klein kletten, semen habet Sept. & Octob.

Xiphion siue gladiolus, floret Iun.

Xiphium radice simplici Curio missum, floret Iulio.

Z

Zea, spelta, Einkorn, floret Iunio.

TABVLA SECVNDA STIRPIVM NOMINA LATINA ET GERMANICA

continens, quæ singulis mensibus aut florent aut fructum maturant,

IANVARIO FLORENT.



I frigidior sit, vt solet apud nos, nullæ florent stirpes, nisi paucæ forsan in cellis aut hypogeis inclusæ: Sin tepidior, circa finem eius aut florent, aut florere incipiunt, eædem quæ Februario. *Circa medium huius mensis, locis præsertim apricis, floret*

Arthritica, cui flores singuli in singulis petiolis: hæc tepida ferè hyeme tota floret, & inde vsq; ad aprilem, schlüsselblümle.

Chelidonium minus, klein schellkraut.

FEBRVARIO MAXIME CIRCA finem, & locis calidioribus, florent.

Alsine, hennerdarm, *albis flosculis.*

Alsine cæruleis flosculis.

Arthritica, de qua in ianuario.

Arthri-

Arthritica communis syl.]
Asarum, haselwurtz.
Bellis, Müllenblůmen.
Buxus, Buchsbaum.
Chelidonium minus, klein schellwurtz.
Codiaminum.
Cornus interdum, thierlinbaum.
Coryli, haselstaud.
Consiligo, leüßkraut.
Crocus montanus.
Elleborus niger, Christwurtz.
Erica montana.
Fragaria sterilis.
Fumaria, erdrauch.
Leucoium bulbosum, wyß Hornung blůmen.
Myagrus.
Petasites.
Saxifraga aurea, guldin steinbrech.
Senecio.
Tithymallus Helioscopius.
Tithymallus myrsinites.
Trinitas, guldin läber kraut.
Tußilago, Roßhub/brandlattich.
Zyland.

MARTIO FLORENT.

Alsine duæ species, hänendarm.
Anemone species, Anemon rößlin.
Aristolochia phragmites.
Arthriticæ species.

Arum, teutscher pfäffer.
Azarum, Haselwurtz.
Bellis minor, Müllenblůmlin klein.
Betonica Pauli Turnero.
Bulbus sylvestris, Ackerzwibeln.
Bulbina minor & maior.
Bursa pastoris, Teschelkraut.
Caltha palustris, Moßblůmen.
Clematis, peruinca, Blauw vnd Braun syngrůn/yngrůn.
Consiligo, Leüßkraut.
Cornus, Thierlinbaum.
Corylus. Haselstaud.
Crocus montanus.
Erica montana.
Fragaria minor sterilis.
Gramen duriusculum, Riedtgraß.
Hedera terrestris, Gundelräb.
Helleborus vterq;, wyß vnd schwartz Nießwurtz.
Herba trinitatis cærulea, Denckenblůmlin/ oder Dreyfaltigkeit blůmlin.
Hepatica terrestris vel aurea, Guldi läberkraut.
Hieracium quoddam.
Hyacinthi genera quatuor, Hyacinthen.
Leucoion, Keiri, Gelbnegeli.
Leucoion bulbosum Theoph.
Mercurialis syluatica.
Penthaphyllon minus, klein fünffinger krut.

Persicus

Persicus armeniaca, Berillen.
Petasites, Pestilentzwurtz.
Populus, Sarbachbaum.
Prunus sylvestris, Schlehendorn.
Pulmonaria, Lungenkraut.
Ranunculi genus primum, Hanenfüß/ Moßblümen. *&*, *Ranunculi genus quartum*.
Ribes, S. Johans treübel.
Ruscus, Meüßdorn.
Sabina fœmina, Seuybonm.
Saxifraga aquatica.
Saxifraga montana.
Salices, Wydenboum.
Senecio, Creützkraut.
Taxus, Ibenboum.
Thymelææ genus, Zyland.
Thußilago, Roßhûb.
Violæ martiæ diuersæ, Violen.
Vlmus, Vlmerboum.
Vrtica mortua purpureo flore.
Vua crispa, Kruselbeer.

APRILI FLORENT.

Aegolethras, Bößblûm.
Allium vrsinum, Waldknoblauch.
Alliaris, Knoblauchkraut.
Alnus, Erlenboum.
Amomum falsum.
Amygdalus, Mandelboum.
Antirrhinum, flore cœruleo. Orant.

Apij genus palustre.
Aquilegia, agleyen.
Aristolochia phragmites.
Arthritica odorata, schlüsselblůmen.
Arthritica alpina lutea.
Arthritica pallida.
Asarum, haselwurtz.
Asphodelus marinus, ein geschlecht der gold wurtz.
Bellis vrbana & syluestris, Müllen blůmle.
Borrago, burctsch.
Bryonia, hundtskürbs.
Bulbine, blaw meyen rößlin.
Betonica Aeginetæ.
Betula, bircken baum.
Castanea, kestenen baum.
Chamæmalum, Chamomillen.
Calathiana verna, brendel blůmli.
Caryophyllata aquatica.
Cerasus omnis, kirsy baum.
Chameleuce Ruellij.
Chelidonium minus, klein schell kraut.
Clematis Aegyptia, *Peruinca*, Ingrün.
Consiligo, Leüßkraut.
Crucis flores.
Consolida quædam, gunselen/Bugla.
Cruciata folijs in geniculis quaternis.
Cyanus montanus.
Cynocrambe Fuchsij, id est, Mercurialis syluestris.

Christo-

Christophoriana.
Chamæbuxus.
Caros, Kümich.
Cerifolium, Körblykraut.
Calceoli diuæ Mariæ.
Caltha palustris.
Daphnoides Fuchsij, Zyland.
Daucus quidam syluestris.
Elleborus agyrtarum.
Elleborus vterq;, wyß vnd schwartz Nießwurtz.
Esula, pityusa.
Esula dulcis.
Fagus suis Iulis.
Fragaria, Erdberkraut.
Fungorum genera, Pfifferling.
Geranium primum, Storchen schnabel.
Geranium maius, vel montanum.
Gnaphalij genus, Matten flachs.
Gramen vulnerarium.
Hedera terrestris, Gundelräb.
Hieracium minus, dens leonis.
Heliotropio congener, Vergiß mir nüt.
Hepatica terrestris, trinitas, guldy leberkrut
Iris, Blaw gilgen.
Lapathum hortense, magnum, groß Lendewurtz.
Lapathi vel acetosæ species.
Leucoion bulbosum.
Leucoium luteum, Geibb negeli.

Lugustraria.
Lilium conuallium, Meyenryßli.
Lilium Mariæ, vnser frauwen gilgen.
Lithospermon, Meerhirß.
Lunaria Græca.
Lunaria lutea, alyssos quorundam.
Mespilus, Nespelbaum.
Myrrhis, Wilderkorffel.
Narcissus quorundam, quibusdam lilium diuæ virginis.
Nasturtium pratense, Wyssen kressich.
Nasturtiolum petræum.
Nux iuglans, Nußboum.
Ocimoides purpureum.
Ornithogalum, Erdnuß.
Oxys, Saurenklee.
Pœonia mas, Peonien rosen.
Pentaphyllum minus.
Persicus cuiuscunq; generis, allerley pfersich böum.
Petasites, pestilentzwurtz.
Phu minimũ syluestre, Baldrian gschlechter.
Phu paruum saxatile.
Pimpinella, Bibinell.
Polygonaton, Weyßwurtz.
Populus nigra, schwartz Sarbachboum.
Prunus, Kriechen ald pflaumenböum.
Prunus sylucstris, Schlehendorn.
Pseudamomum.
Pulmonariæ Plin. species, Kleinwalwurtz.
Pyretrum,

Pyretrum, Bertram.
Pyrus, Byrbaum.
Quercus. Eichbaum.
Quinq;folium minus.
Ranunculi genus, quod flores Martij appellant, Moßblümen, hanenfüß.
Ranunculus alpinus, petræus.
Ranunculus hortensis.
Ranunculus sylvestris albus, Fidertsche.
Ranunculus Sardonicus.
Ranunculus quem flammulam dicunt.
Ranunculus chamæmali folijs.
Ranunculus humilis.
Ranunculus pratensis.
Ribes vulgò dictum, Sant Johans treubel.
Ribes sylvestre, aquaticum.
Rosa Maij sine spinis, Meyenrößlin.
Ruta pratensis, thalictrum.
Ruscus.
Salices, Wydboum.
Sambucus montana vel rubra, Holderboum.
Sambucus aquatica.
Sanicula alpina.
Satyrion erythraicum.
Saxifraga aurea Dodonei, Steinbrech.
Saxifraga granata.
Saxifraga montana.

Senecion, Creütz kraut.
Solanum syluaticum.
Symphytum maius, Schmärwurtz.
Symphytum alterum minus.
Tithymallus myrtites.
Thymelæa.
Tußilago, Roßhůb.
Valeriana, Baldrian.
Verbenaca supina.
Vetonica, Graß blůmen.
Viola heptachrus, matronalis, Winteruiolē.
Violæ purpureæ odoratæ.
Vitis nigra & alba puto.
Viscum, Mistel.
Vrtica mortua, Taubneßlen.
Vua crispa, Kruselbeer.
Vua quercina.

SEMINA PROFERVNT *& fructum.*

Aristolochia phragmites.
